APPENDIX PRACTICA

AD

Ioannis Buxtorfii

EPITOMEN

Grammaticæ Hebrææ.

In gratiam Tyronum qui in ſacri textus penetralia, abſque longis ambagibus, & profundiori ſcrutinio manuduci deſiderant.

Una cum Quæſtionibus aliquot Hebraicis Grammaticæ uſum demonſtrantibus, in collatione cum Originali, Verſionum *Chaldaicæ*, *Græcæ*, *Latinæ* cum vulgatæ tum *Tremellii* ac interlinearis *Montani*; etiam *Gallicæ Bezæ*, *Italicæ Deodati*, *Belgicæ Dordracenorum*, & *Anglicanæ* tam veteris quam novæ, in textibus aliquot illuſtribus; ubi Interpretes cum longiſſime à ſeinvicem, Sæpe tamen parum aut nihil ab Hebræo deſcedere videntur.

Prælecta Studioſis Linguæ Sanctæ in Academiâ *Glaſguenſi*. Anno 1650. horâ locoque ſolitis.

EDINBURGI,
Excudebat ANDREAS ANDERSON, 1653.

Ridentem dicere verum Quid vetat?

Cypheringa סַפָּר Scripsit Numeravit

אבגדהוזחטיכלמנסעפ

PRÆFATIO.

Dum ab aliquot annis Academicæ Juventutis ſtudia totamque docendi ac diſcendi rationem, tam apud nos quam in vicinis Gymnaſiis, ſeriuſcule ſæpius ad animum revocarem non pauca occurrerunt quæ in melius mutari poſſe videbantur. Hæc partim bona cum & Magiſtrorum & Diſcipulorum gratia jam ſunt immutata; partim ſua ſponte, ſaltem levi cujuſquam monitoris labore, mox mutanda ſpero. Sed unum aut alterum in diſciplinis tradendis cacoethes animadverti, quod licet omnibus omnium in Scotia Academiarum Moderatoribus ita conſpicuum dederim, ut nemore pertus ſit qui defenderet factum; imo vero omnes uno ore corrigendum profiterentur; tam altas tamen prava conſuetudo ubique radices egit, ut nullibi adhuc evelli potuerit, metuamque valde, ne uſquam confeſtim poſſit eradicari.

Studioſa juventus quotidie in Academiis omnibus, bonas horas nimium quam multas miſerrime prodigit, in inutili & noxia Scriptita-

tione. Cum valetudinis detrimento, mane, veſperi, ante & poſt meridiem, demiſſo & cernuo capite, inflexo collo, dorſo cæteroque corpore contorto, in nudis ſubſellis, abſque ſcamnorum, menſarum, ſuggeſtorum, aut ullo alio plerumque adminiculo, niſi quod genua ſuppeditant, plus temporis ſcriptioni impendunt, quam quod perdiſcendis quæ ſcribuntur abunde ſufficeret. Taceo diſcipulorum permultos tam craſſe & depravate dictata exarare, ut ſi maxime velint vix poſſint tamen aliquâ cum voluptate aut magno cum fructu exarata relegere.

Alia eſt Scholarum Camarina quam multis movere non lubet: aliquando (quam vellem malum hoc infrequentius) adoleſcentes obtuſi & inepti, favitorum artibus & importuna gratia, vel etiam neceſſariò in magna jam inopia bonorum ingeniorum quæ politiori literaturæ & Philoſophiæ ſerio vacare volunt, in Doctorum aſcendunt cathedram, quorum vel indoli vel eruditioni vel etiam ætati diſcipulorum ſubſellia bellius multo convenirent. His totum Philiſophiæ corpus pro ſuo arbitratu publicè tractandum committitur: tritum hi dedignantur inſiſtere callem & ab aliis rectè tradita magnanimos viros repetere pudet; abjectum hoc ſape-

ret

ret Spiritum & conſcium infirmitatis ſuæ, quæ tamen omnibus in vicinia lippis & tonſoribus pellucet. Ut hæc eluatur nota & occultetur dedecus, dictatis novis marte proprio concinnandis incumbendum: hinc magno molimine ex libris qua ſcriptis qua impreſſis, qua veteribus qua novis, imprimis ex recentiſſimorum Jeſuitarum penu, Oviedonis nimirum & Ariagæ longæ ſurripiuntur Laciniæ, conſuitur mendici palla, conſarcinatur magnus multarum nugarum cento. Dum magna Magiſtrorum nec minori Diſcipulorum vexatione in hujuſmodi labore dies menſeſque fluunt & perduntur anni, ſepelitur Ariſtoteles, brevis ſolida & clara quæ doceri ſolebat Philoſophia exploditur, Rhetorica tam ars quam praxis, totum fere Mathematicorum multo pulcherrimum corpus eunt in deſuetudinem: iſtorum loco tota plauſtra Metaphyſicarum quæſtionum congeruntur, per quæ in ipſo Logicæ aditu adoleſcentulorum obruuntur & præfocantur ingenia, labaſcunt animi, dum in primo limine totos menſes fluitare in profundiſſimis Metaphyſicæ vorticibus, & in abſtruſiſſimæ hujus ſcientiæ myſteriis abditiſſimis demergi, imo vero in iſtorum ſqualidiſſimorum dumetorum vepretis ac ſpinis tam miſere compungi

coguntur, ut tantum non enecti animos deſpon deant.

Prætereo errores & veras in Philoſophia ha reſes, ex Jeſuitarum doliis hauſtas, in magnum Scholarum reformatarum dedecus ſimul & de trimentum; quas Magiſtrorū quidā animi vani tate alii indolis protervia, cæteri incauta impru dentia tenellis puerorum ſtomachis infundunt

Iſtas Scholarum peſtes cordatiores dudum vi derunt, doluerunt, indignati ſunt; & ſi pe publicas quæ nuper cælitus incubuerunt calu mitates vacaſſet, cum bono Deo profligaſſent.

Certe ab omnium Academiarum Senatibus d putati, de malis hiſce multoties conſilia comm nicantes, concordibus ſuffragiis quam primu occurrendum decreverunt. Philoſophiam tota & quicquid quadriennii curriculo intra Acad miarum ſepta à Magiſtrorum quoquam vel ſol vel debet tractari, in quatuor diſtribuerunt po tiones; ut in actibus correſpondentiæ iſtius Sch laſticæ videre eſt. Harum unam Andreapolita Glaſguenſes alteram, tertiam Abredonia, & dinburgum quartam, ſibi lubenter ſumpſerun ut Academiarum ſingulis ſpartam quam nac erant adornantibus, ſuprema manus & ulti lima toti operi accederet ab uno aut altero

univer-

universale Scholarum concilium & communis Academiarum correspondentia eam demandasset curam. Encyclopædiam hanc junctis consiliis & operis concinnandam & typis quamprimum evulgandam statuerunt: ita epidemica perpetuæ scriptionis molestia Gymnasiis exigeretur, uniuscujusque magistelli arbitrio Disciplinæ non diutius traderentur corrum pendæ, summa tunc in omni dictatorum parte orthodoxia, harmonia & identitas esset; in omnibus Academiis dictata omnia essent in propatulo, non ut jam in depravati scripti latebris, cujus omnia vitia hoc velum ab Academiæ curatorum oculis contegit: juvenilis tunc male consultorum temeritas pro animi libidine & futilitate, veræ Philosophiæ fundamina non posset evertere: disciplinarum corpus multo plenius ubique, quam nunc uspiam, multoque minori cum docentium tum discentium labore perdisci posset.

Horum ce rectissime institutorum fructum, una calamitas publica frustrata, saltem remorata est: tanta enim alacritate omnes rei literariæ studiosi statuta hæc omnia amplexati sunt, tam serio nationalis Ecclesiæ Synodus autoritatem suam semel & iterum consiliis hisce promovendis interposuit: tamq; paratum fuit à supremâ

Regni

regni ſenatu ad iſta exequenda neceſſarium omne auxilium & quodcunque à propitio benignoque Magiſtratu deſiderari potuit incitamentum; ut ſi ſapientiſſimo, juſtiſſimo, maximo & optimo Deo fuiſſet viſum avertere quam jam ſentimus inflictam regno, Eccleſiæ, & ſcholis calamitatem, ante hunc diem nullus dubito quin magno omnium ſolatio quibus res apud nos literaria eſt cordi, ſuperius dicta ipſo actu perfecta conſpexiſſemus. Impræſentiarum ut intra pectorum clauſtra, in oculis ſupremi Regis mundi, ac electorum noſtrique patris, plangimus & ingemiſcimus ſub gravi ærumnarum quæ Eccleſiam ac regnum premunt pondere; ita & ſcholarum miſerias mærere non deſinemus, donec Iſraelis ter maxima ſpes audire, miſereri, & afflictorum vulnera curare dignabitur.

Interea dabunt operam viri omnes boni ut in Eccleſia & Republica, ita & in Scholis, qua divina providentia occaſiones miniſtrando patefaciet aditus, quicquid ſui officii eſt ex animo & alacriter præſtare; etſi non ad publicam ruinam ſufflaminandam (quod divinæ jam non humanæ eſt opis) tamen ad ſuarum mentium levamen, ſuique & vicinorum aliquale ſolamen.

Scio Academiarum noſtrarum ſingulas, ex ſu-

is membris, saltem alumnis, quos nominare possem, habere quos Deus replevit egregiis in omni literarum genere dotibus, perquas abunde satis instructi sunt, ut Encyclopædiam & disciplinarum corpus vel totum vel bonam partem, sat cito & sat bene, mundo dare possent, multa sua cum laude & magno studiosorum emolumento. Utinam ipsorum aliquibus inspiret tandem Deus eam mentem, ut cum à Regni, Ecclesiæ, Academiarum jam senatibus, aut à vicinorum quoquam incitamentum nullum expectandum est, sed avocamenta potius omnia metuenda; ipsi tamen velint in suis quique stationibus non tam ex insito, quam Cœlitus immisso suis animis impetu, publica commoda, licet in tempore pessimo, pro virili promovere. Ego multorum minimus pro perpusillis meis viribus in præsenti tractatulo hoc ago.

Dum datum fuit Reipublicæ literariæ præfectis in commune commodum consilia conferre, non minimum doloris & pudoris argumentum fuit; quod in Gymnasiis nostris omnibus orientales linguæ in magno situ incultæ jacerent: prælegebatur quidem Grammatica Hebræa & in paucis textibus qualis-qualis fiebat praxis, huc usque professorum quorundam & paucorum Discipu-

lorum

lorum diligentia procedebat: Ultra nemo quis-quam aſpirabat publice, de privatis aliquorum lucubrationibus non loquor. Hinc à juventute pleraque ſolida omnis Hebræorum ſcientia exulabat: tinctturam in ſuperficie quis moratur? craſſa confeſſaque non modo Arabicæ, Syriacæ & rabbinicæ, ſed etiam Chaldaicæ in ipſis authenticis ſacrorum Bibliorum textibus ignorantia. Quod eo magis erat miſerandum, quo magna literaturæ hujus in Academiis omnibus quotidie quibusvis volentibus eſſet copia. Ecquis in Europa Ottone *Judæo, Profeſſore nuper Edinburgeno Hebræa rudimenta fœlicius docebat? Quot in toto reformatorum orbe in hac facultate numerari poſſunt promptiores Doctore* Colvino *Profeſſore Andreapolitano? quis in hoc, ut in cætero omni ſuo munere diligentior & accuratior eſſe ſolebat Doctore* Strangio *Glaſguæ? nihilominus ubique ad hunc diem iſta jacere cernimus.*

Rimanti cauſam, præter alia occurrit difficultas in hiſce linguis praxeos. Licet enim expertus quiſque fateatur, longe majorem in Hebræo quam Latino facilitatem; quodque decuplo plus temporis in illius quam iſtius Grammatica impenſu ſit neceſſarium; attamen cum ad Hebraicam

braicam praxin pervenitur, difficultatibus hic insuperabilibus involvi se juventus clamat. Magistrorum multi in Grammatica subsistunt, ad exercitationes nunquam deveniunt: horum omnis labor evanescit in auras, omnia Grammaticæ præcepta, & quot vis verba ac radices memoriæ ut libet fideliter commissa, per parvo tempore demerguntur lathe fluvio, recedunt in oblivionis barathrum, nisi sedula Textus lectione confirmentur. Dum ad Textus devenitur, doctores quidam sola voce exercitationes suas tradunt: hæ auditorum animis effluunt, omnia mox incumbunt in spongiam, delentur ut literæ in arena, imo in aqua scriptæ. Qui in hujus mali medicinam exercitationes suas dictare volunt, dum unaquæque literula & infra supraque literas singula puncta dictanda sunt, tam lento & testudineo gradu proceditur, ut vix ingressi mare, tanta mox nausea corripiantur, tam docentes quam Discipuli, ut tædio ferendo impares, ad littus reditum præfestinè desiderent abrumpantque statim vix inceptam praxim & hac animi mollicie ac laborum fuga quicquid in Grammaticæ præceptis olei & operæ posuerunt, omne id quam miserrime pereat.

De hoc etiam curando morbo cogitanti probabilissimum occurrebat quod à Junio primum & post à Bellarmino & Kekermanno *viaeo usurpatum remedium, scilicet impressas praxes. Viderunt prudentes viri Grammaticas solas discendis linguis imprimis Hebraæ nequaquam sufficere. Experti senserunt addenda necessario exercitia: Scriptionem hic molestissimam invenerunt prælum ergo calamo in subsidium advocandum censuerunt: sed in eo nimium quam tenaces & parci omnes.* Bellarminus (*qui hic meo judicio palmam cunctis præripit*) *si quod in unc Psalmo, id in pluribus præstitisset, juventutis Hebraorum studiosæ desiderio tam abunde fecisset satis, ut cujusquam post eum opera fuisset supervacanea. sed in unicum Psalmum exercitatio, quid est aliud quam pituitatio primoribus labris, quæ salivam moveat non sedet sitim, ut canibus in Nilo bibere non dans nisi fugientibus? Hic fateor est ubi Scholarum commodo à studiorum moderatoribus non satis adhuc prospectum arbitramur: diu multumque desideravi solidas aliquot & in debita mensura exercitationes in principes orientalium linguas: saltem in Hebræam, Chaldaicam, Syriacam, Rabbinicam, & Arabicam: defectus hic primaria mihi videtur causa, quod postremarum quatuor seu linguarum*

guarum seu dialectorum omne jamdiu studium posthabeatur. Præsentem opellam meam, dum cessant alii quorum plus intererat & qui ad hoc incomparabili ad meam penuriam copia instruebantur, opellam inquam hanc meam edo, non ut monstrem viam vel ut præ me feram cuiquam præferre lampadem; tantum ut viris in istis facultatibus vere doctis significem, quid sit quod ab ipsis multi mecum unice expetant & maximo cum desiderio expectent.

Utinam Joannes Buxtorphius, *quem spero vivere & valere, cuique Nestoreos annos & in omnibus* ὑπεράττειν *peropto; velit ad multa patris suaque merita, hoc insuper beneficium in reformatas Scholas conferre, ut ad incomparabiles ipsorum Grammaticas & Lexica appendatur praxis: non similis huic nostræ tenui & puerili; sed se patreque digna: ad istius oloris cantum nos anseres graculique quam lubenter obmutesceremus, & loqui volente magno Magistro, nos humiles discipuli statim comprimeremus vocem. Tantum velit vir clarissimus præter Hebræa Academicæ juventuti benigna manu dare, etiam Chaldaica in targumim & Syriaca in Novum Testamentum exercitta; & imprimis inscripta Rabbinorum: sic facilis ad inæstimabilia patris Biblia accessus volenti cuique*

cuique pateret, qui nunc non parvo multorum cum dolore pene omnibus occluditur. Si post illud Herculei laboris Dictionarium ab eo recuderetur patris Masora, cum Rabbinorum aliquot in Scripturas Commentariis, una cum punctis & versione Latina; ob tam insigne beneficium immortales præstantissimo viro permulti mecum gratias haberent.

Quid ni etiam ab humanissimo, modestissimo doctissimoque Golio sperare liceat in Arabicis, una cum suo illo expectationis summæ Lexico, novam etiam Grammaticam & ejusmodi quas anhelamus Praxes: imprimis cum nupero Parisiensium laudatissimo labore, integra jam Biblia Arabice Typis elegantissimis impressa prostent, & ad tenuiorum usum in forma minori separatim edenda, mox spero Prostabunt. Si qui Samaritanum Pentateuchum novo gratissimoque dono orbi tradiderunt, velint hæc cumulare Grammatica, dictionario & aliqua praxi, tum in hanc novoveterrimam, tum in plures (si placeret) orientalium linguas; ausim ipsis multorum nomine spondere maximum quod Heroes ex omnibus suis operis sperabant prætium; præter suavissimam intra sua pectora recte factorum & de genere mortali bene meritorum

rum conſcientiam ; ſuſpenſam inſuper in firmiſſima poſteritatis harum rerum amantis & peritæ memoria, excelſam gratitudinis tabellam.

Sed ut præfationi Finem imponam ; Exercitationis inſequentis duæ ſunt partes, in priori aliquam multos textus tracto, verba ſingula legendo, exponendo, & per accidentia ſua Grammatica deducendo ad radices ; omnia quam poſſum breviter, perſpicue & ad imperitorum rudiorumque captum : Nihil hic doctis vel ſeritur vel metitur. Si adminiculo hoc, expeditior ſtudioſorum plebi reddatur via, animique addantur Hebraicorum Textuum mari proprio gubernamine ſulcando ; omni meo potiar voto, feramque totum quod opto hujus opellæ pretium. Addidi partem alteram, qua confero celebriorum tranſlationum locos aliquot nobiliores, cum ad Hebræos fontes tum ad ſe invicem : dulce fateor animo meo hoc examen erat, & ſi aliquam multi ejuſmodi loci à viro quoquam docto accuratius pertractarentur, ni mea me conjectura valde fallat, non minus jucunda quam utilis talis opera non paucis foret.

Iſta

PRÆFATIO.

Ista per aliquot menses, una mei pensi pars fuerunt, quibus calamitosa tempora lubenter fallebam: quæ jam edo, nulla vanitate nec ullius gloriæ spe: nulla enim in puerilibus hujusmodi & ad pueros destinatis Grammaticatiunculis Gloriæ seges est, nec in mystaceo quisquam nisi demens & excors laureolam quærit; sed sola cupidine inserviendi Reipublicæ literariæ: ut habeat juventus in manibus impressum libellum, qui levet molestissimum mihi meisque dictandi & scribendi laborem: dum quotannis pro munere demandato necessitas incumbit, finita Grammatica vel scripto vel viva voce praxin prælegere.

ΤΥΠΟΓΡΑΦΗ.

Incidit nuper in manus meas, nec nisi nuper, *Valentinus Bythnerus Polonus*; cujus doctæ & accuratæ in omnes Psalmos exercitationes, prima fronte eousque arridebant tantaque implebant spe, ut omnem meam hic opellam in spongiam animo lubentissimo pararem statim impingere. *Bythneri* tamen scopum & opus penitius introspiciens, quam in aliis praxeos inopiam desiderabam, tanta in eo copia superfluere animadvertebam; ut tyronum primis auspiciis undiquaque quadrare non videretur. *Bythnero* ergo adultioribus relicto, curtam nostram supellectilem incipientibus offerre pergimus.

סֵפֶר תְּהִלִּים

LIBER PSALMORUM.

סֵפֶר *Sè-pher*, *Liber*: Nomen masculinum. *Scriptio, epistola, liber*, à radice סָפַר *numeravit, scripsit*: hinc verbale סִפְרָה *numeratio, ziphra*. Vocabulum hîc סֵפֶר est in statu regiminis, absque tamen ullâ punctorum mutatione, quod raro contingit: nam in Linguâ Hebræâ, contra quam apud Latinos & Græcos, vox præcedens non regit sequentem, sed regitur à sequenti: Et quia apud Hebræos nulli sunt distincti casus, ad significandum statum regiminis prioris vocis puncta variè mutantur, posteriori voce manente immutata.

תְּהִלִּים *Tehil-lim, Psalmorum*: Nomen plurale irregulare à singulari fœminino תְּהִלָּה *Psalmus, laudatio*: à radice הָלַל *splenduit*, in piel הִלֵּל *splendidum fecit, laudavit, insanire fecit*: in secunda Plurali imperativi הַלְלוּ *laudate*. Sheva hîc est mobile post vocalem brevem, quia sub literâ

literâ quæ dageshari debuit, sed ex quâ ob eupho-
niam dagesh excidit, & per præcedens meth
compensatum est.

PSALMUS I.

Versus primus.

אַשְׁרֵי *Ash-rè, Beatitudines:* Nomen plurale tan-
tùm, idque constructum quasi à singulari אָשֵׁר
constructione mutatur ים in י & Tzere ultimæ
Scheva primæ. Item ַ primæ in ֶ Radix est אָשַׁר
rectè ambulavit, prosperè incessit, fœlix fuit.
Piel אִשֵּׁר *beatum fecit,* vel *dixit* sed אֲשֶׁר est Pro-
nomen omnis Generis & Numeri, *qui, quæ, quo*
Secundum *Buxtorfium* in Thesauro, *pag.* 360. e
hic Hypallage quâ præponitur Epithetum quo
vulgo sequitur [*Beatitudines viri*] pro [*Vi*
beatitudinum] Etsi verisimilius videatur quod ha-
bet *Schindlerus* in Lexico, & *Mercerus* in The-
sauro *Pagnini* vocem hanc esse Adverbium om-
nantis omnia bona & prospera, *beate illi viro, fœ-*
liciter illum virum.

הָאִישׁ *Ha-ish, Illius viri:* Nomen composit
ex Pronomine seu articulo præfixo הַ *ille, hic,*
imprimere solet literæ sequenti Dagesh: hîc ve
quia sequitur litera gutturalis indageshabilis
compensandum Dagesh mutatur ַ in ָ Radi
הוּא Pronomen integrum, *hic, ille.* Altera
comp

compositionis אִישׁ est Nomen Masculinum, *homo, vir*, item *quisque*: אֵשׁ autem est *ignis*. Radix esse potest אָשַׁשׁ *robustus fuit*. יָשַׁר

לֹא *Lo, Non*: Adverbium: scribitur aliquando לוֹא: at sine Aleph, לוֹ *illi*, est compositum ex præpositione לְ & Pronomine affixo וֹ *ille*, quod ab integro הוּא לוֹ vero est Adverbium, *Utinam*, & לוּלֵי *nisi*.

הָלַךְ *Ha-lach, Ambulavit*: Præteritum Kal, radicale. חָלַק vero cum Cheth initio, & Koph in fine, est, *divisit in partes, mollis fuit*.

בַּעֲצַת *Ba-gnatzath, In consilio*: Compositum ex Præpositione בְּ *(in)* quam hîc punctat sequens litera gutturalis, per - & Nomine Fœminino עֲצָה *consilium*: absolutum est עֵצָה sed in regimine mutatur ה in ת, & ֵ in ַ, ֶ in ַ & Scheva ob gutturalem in Hatephpatach: Radix est יָעַץ *consultavit*.

רְשָׁעִים *Resha-gnim*, *Improborum*: Nomen Plurale Masculinum, à Singulari רָשָׁע *malus, seditiosus*: a radice רָשַׁע *malus, seditiosus, turbulentus fuit*.

וּבְדֶרֶךְ *Ou-bhedhe-rech, Et in viâ*: Decompositum ex Conjunctione Vau, *et*: ejus genuinum punctum est Scheva, quod pro ratione literarum sequentium mutat in ַ vel ֶ vel alias vocales; ante literas autem Bumaph in Shurek, post quod Scheva est mobile. Vult *Bellarminus* Grammaticæ suæ parte prima, *cap.* 2. Scheva non moveri post וֹ, ubi ו stat pro Conjunctione Vau; Regulam hanc apud alios Grammaticos non lego, nec ratione solidâ niti videtur,

detur, certè hoc loco non obtinet: nam poſt Sche-
va quieſcens literæ Begadkephat vulgò dageſhan-
tur, hîc verò Daleth ſequens Scheva, quod ſtat à ter-
goS hurek raphatur. Secunda pars compoſitionis eſt
Præpoſitio בְּ, de quâ ſupra. Tertia pars eſt דֶּרֶךְ
Nomen commune, *iter, via*, in plurali דְּרָכִים in
regimine דַּרְכֵי radix eſt דָּרַךְ *ambulavit, calcavit,*
tetendit.

חַטָּאִים *Hhat-ta-im*, *Peccatorum*: Nomen
Plurale tantùm, Maſculinum, quaſi à Singulari
חַטָּא *peccator*, quod eſt inuſitatum; ſed חַטָּאָה
eſt *peccatum*, radix eſt חָטָא *peccavit, erravit.*

עָמַד לֹא *Gna-mad*, *Stetit*: Verbum radicale Ana-
logum, niſi quod accentus Athnach mutet Patach
ultimæ in Cametz.

וּבְמוֹשַׁב *Ou-bhemo-ſhabh*, *Et in ſedili*: Simplex
מוֹשָׁב eſt *ſedes*, ob ſtatum regiminis Cametz ulti-
mæ mutatur in Patach, radix eſt יָשַׁב *ſedit.*

לֵצִים *Lè-tſim*, *Irriſorum*: Nomen Plurale
Maſculinum Analogum, à Singulari לֵץ *irriſor.*
Radix eſt לוּץ *irriſit*: in Hiphil interpretatus eſt
hinc מֵלִיץ interpres. לֹא יָשָׁב

Verſ. 2.

כִּי *Ki*, *Sed*: Conjunctio cauſalis cùm eſt ſola
quia, idcirco.

אִם *Im*, *Sed*: Conjunctio conditionalis
cùm eſt ſola; juncta vero cum priori ſignificat *ſed*

בְּתוֹרַת *Betho-rath*, *In lege*: Simplex תּוֹרָה
eſt Nomen conſtructum: abſolutum תּוֹרָה *lex.*

ſtrin-

ſtrina, eſt à radice יָרָה *jaculatus eſt, projecit,* in Hiphil הוֹרָה *rigavit, docuit:* Hinc מוֹרֶה *Sagittarius, doctor, pluvia.*

יְהוָה *Jeho-vah, Dominus:* Nomen Dei τετραγράμματον à ſuperſtitioſis Judæis ἀνεκφωνήτον, contracte יָהּ, eſt Verbale ab הָוָה vel הָיָה *fuit,* quia ſolus Deus eſt à ſeipſo, & creaturis omnibus ipſarum eſſe tribuit. חָיָה autem cum Cheth in initio eſt, *vixit:* unde חַוָּה *Eva, mater viventium,* mutato י in ו

חֶפְצוֹ *Heph-tſo, Voluptas ejus:* Simplex abſolutum חֵפֶץ eſt *amor, delectatio:* in regimine tzere primæ mutatur in Segol, & Segol ultimæ in Scheva. Radix eſt חָפַץ *voluit, deſideravit.*

וּבְתוֹרָתוֹ *Ou-bhetho-ra-tho, Et in lege ejus:* ſupra.

יֶהְגֶּה *Jeh-ge, Meditabitur:* Tertia Maſculina Futuri Kal, ab הָגָה formæ גָּלָה, quieſcentium Lamed He: Anomalia tamen eſt quod habeat Segol ſub Jod, non Chirik. Hoc eo fit, quia gutturalis ſequens requirens Chateph Segol, remittit Segol ad literam præcedentem, & ſibi retinet Scheva ſimplex. Significat *loqui, meditari.* Hinc הִגָּיוֹן *Higaijon, meditatio.* הֶגִיג & הֶגֶה idem.

יוֹמָם *Jo-mam, Die:* Adverbium, à יוֹם *dies,* in Plurali יָמִים contracte יְמֵי

וְלַיְלָה *Va-lai-la, Et nocte:* Simplex לַיְלָה eſt Nomen Maſc. licet in Plurali ſit formæ fœminorum, nox, tenebræ; Scheva hîc poſt vocalem longam accentu Grammatico notatam quieſcit, & Jod poſt Cametz eſt mobile, ac Diphthongeſcit; abſque (ה) paragoico eſt לַיִל quod legitur etiam לֵילֵי, in Plurali

Plurali לִילוֹת hinc לִילִית *lamia, ſtrix, ſpectrum nocturnum.* Radix videtur יָלַל *ululavit*: quia noctu beſtiæ ululant.

Verſ. 3.

וְהָיָה *Veha-jah, Et erit*: Compoſitum ex Præpoſitione ו & Verbo הָיָה de quibus ſupra. Tantùm notate Vau ſumptum Nominaliter ſignificare uncinum, cujus figuram imitatur litera ו. Hebraiſmus eſt, quod Conjunctio hæc mutet Præteritum in ſignificationem Futuri, & vice verſa futurum in ſignificationem Præteriti: quamobrem dici ſolet Vau converſivum.

כְּעֵץ *Kegnetz, Sicut arbor*: Compoſitum ex Adverbio ſimilitudinis כְּ *ſicut*, quod etiam eſt Præpoſitio, *juxta, ſecundum*, & Nomine Maſculino עֵץ *arbor, lignum.*

שָׁתוּל *Sha-thul, Plantata*: Participium Præteritum Pahul dictum, à radice שָׁתַל *plantavit.*

עַל *Gnal, Super*: Præpoſitio, *ſupra, contra.* ſcribitur etiam עָלַי Radix eſt עָלָה *aſcendit*. Hinc עָלֶה *folium*, quod creſcat ſurſum; in conſtructione mutat Segol in Tzere.

פַּלְגֵי *Pal-gè, Rivos*: Nomen Plur. Maſc. conſtructum, à פֶּלֶג *rivus*: radix eſt פָּלַג *diviſit.*

מַיִם *Ma ym, Aquarum*: Dualis Numeri, ſed ſignificationis tam Singularis quam Pluralis, in regimine מֵי *aquæ, aqua.* Duo genera aquarum notat Scriptura, ſuperiores in nubibus, & inferiores in mari & fluminibus; hinc compoſitum cum Adv

bio שָׁמַּ *ibi*, שָׁמַיִם *Cœli*, quob ibi aquæ & nubes.

פִּרְיוֹ *Pir-jo*, *fructum ſuum*: Compoſitum ab affixo (יו) & Nomine Maſculino פְּרִי *fructus*, ob affixum aut regimen, mutatur Chirek ultimæ in Scheva, & Scheva primæ in Chirik. Radix eſt פָּרָה *fructificavit*: in hiphil הִפְרָה *creſcere fecit*; hinc אֶפְרַיִם *Ephraim*.

יִתֵּן *Jit-tèn*, *Dabit*: Eſt tertia Maſc. Futuri Kal, à Verbo radicali נָתַן *dedit*, *donavit*. Hinc Nomen Plur. Maſc. נְתִינִים *Nethinæi*, *Gibeonitæ* donati *Iſraelitis* ad Tabernaculi ſervitia. Verbum eſt Anomalum ex defectivis Pe Nun, ad Paradigma נָגַשׁ quod in tertiâ Futuri Kal habet יִגַּשׁ ſed peculiari anomalia נָתַן habet (..) pro (-)

בְּעִתּוֹ *Begnit-to*, *In tempore ſuo*: Decompoſitum ex Præpoſitione בְּ & affixo וֹ, ac Nomine Maſculino עֵת *tempus*: in Plurali עִתִּים & עִתּוֹת. In Conſtructione Tzere mutatur in Chirik & Thau Raphatum Dageſhatur. Radix eſt עָוָה *pervertit*, nam tempus omnia mutat & invertit; hinc Adverbium temporis עַתָּה *nunc*.

וְעָלֵהוּ *Vegnalè-hou*, *Et folium ejus*. Supra.

יִבּוֹל *Jib-bol*, *Decidet*: Tertia Fut. Kal, à נָבַל *cecidit*, *ſtultus fuit*. Eſt Anomalum ex defectivis Pe Nun, variat à Paradigmate יָשַׁב nam in ultimâ pro (-) habet וֹ propinquius ad paradigma יִפְקֹד hinc נָבָל *vilis*, *ſtultus*, *nebulo*.

וְכֹל *Vechol*, *Et omne*: Simplex כֹּל eſt Nomen omnis Generis & Numeri: ſignificat *omnis*, *totus*; à radice כָּלַל *perfecit*, *abſolvit totum*.

יַעֲשֶׂה

יַעֲשֶׂה *Ja-gna-ſe, Faciet:* Tertia Fut. Kal, à Verbo עָשָׂה *fecit*. Eſt Anomalum ex quieſcentibus Lamed He, Paradigmatis גָּלָה quod dicto tempore habet יִגְלֶה à quo vox præ manibus variat ob regulam gutturalium: nam (ע) non admittit ſub ſe Scheva ſimplex, itaque loco ejus habet (ַ) & literæ præcedenti ſubjicit (ַ) pro Chirik.

יַצְלִיחַ *Jatz-li-ahh, Proſperare faciet:* Tertia Fut. Hiphil regularis, ut יַפְקִיד niſi quod gutturalis advocet Patach furtivum; Radix eſt צָלַח *proſperfuit:* in Hiphil הִצְלִיחַ eſt ſignificationis non tantùm Activæ ſed etiam Paſſivæ.

Verſ. 4.

לֹא *Lo, Non:* Supra.

כֵּן *Chèn, Sic:* Adverbium: eſt quoque Nomen, *rectus, firmus*, à radice כּוּן *aptare, præparare, diſponere:* hinc מָכוֹן *locus.*

הָרְשָׁעִים *Ha-reſha-gnim, Improbi:* De voce ſimplici ſupra. Tantùm hîc notate articulum præfixum הַ Dageſhare literam ſequentem: & quia Reſh eſt indageſhabilis, Patach ſub He mutatur in Cametz, poſt quod Scheva aſt mobile, ſcilicet poſt vocalem longam notatam Metheg accentu Rhetorico.

כִּי אִם *Ki-im, Sed:* Supra *verſ.* 2.

כְּמֹץ *Cam-motz, Sicut gluma:* Componitur ex Adverbio כְּ *ſicut*, quod extruſo articulo הַ (qui Dageſſat ſequentem) ſuſcipit ejus vocalem, & Nomine Maſculino, מֹץ *gluma, palea.*

תִּדְּפֶנּוּ *Tid-p'nen-nu, Diſpellet eam*: Verbum compoſitũ ex Pronomine affixo נּוּ quod ab integro הוּא ille, & תִּדְחֹף Tertia Fœm. Fut. Kal, à radice נָדַף *impulit, diſpulit*, ex defectivis Pe Nun; o affixum hîc mutatur Vau Holem in Scheva.

רוּחַ *Rou-ahh, Ventus:* Nomen commune; ſed hîc Fœm. *ſpritus, ventus*, à rad. רָוַח *reſpiravit.*

Verſ. 5.

עַל כֵּן *Gnal-ken, Quare:* De iſtis ſeparatim prius, conjuncta ſignificant *quapropter.*

יָקֻמוּ *Ja-cu-mu, Stabunt:* Tertia Pluralis Futuri Kal Verbi קוּם *ſtetit*, ipſum eſt paradigma quieſcentium ſecunda radicali: hîc Anomalos mutatur (וּ) in (ָ) רְשָׁעִים

בַּמִּשְׁפָּט *Bam-miſh-pat, In judicio:* Compoſitum ex Præpoſitione בְּ quæ ſuſcipit vocalem extruſi articuli הַ, qui dageſhat ſequentem, & Verbali מִשְׁפָּט *judicium, ritus, modus*: à radice שָׁפַט *judicavit.*

וְחַטָּאִים *Vehhat-ta-im, Et peccatores*, Verſ. 1.

בַּעֲדַת *Ba-gnadath, In cœtu:* Simplex abſolutum eſt עֵדָה regimen mutat primò ה in ת ſecundò, (ַ) in (ַ) tertiò (ָ) in (ַ) Significat *Concilium, cœtum, congregationem*, à radice יָעַד *convocavit, congregavit.*

צַדִּיקִים *Tzad-di-kim, Juſtorum*: Plurale Maſc. à Sing. צַדִּיק *juſtus.* צֶדֶק *juſtitia.* Hinc *Melchizedek Rex juſtitiæ.* Radix eſt צָדַק *juſtus fuit*: Particip. Præt. Kal צָדוֹק *juſtus*: inde *Saducæi* ſecta juſtorum, κατ' ἐξοχὴν, vel potius κατ' ἀντίφρασιν.

כִּי *Ki, Quia:* Verſu 2.

Verſ.

יְהוָה דֶּרֶךְ צַדִּיקִים *Vers.* 6.

יוֹדֵעַ *Jo-dè-ang*, *Sciens*: Participium præsens regulare, nisi quod gutturalis ע asciscat sibi Patach furtivum. Radix est יָדַע *cognovit*. יְדֶרֶךְ רְשָׁעִים

תֹּאבֵד *To-bhed*, *Peribit*: Tertia Sing. Fut. Kal. Verbi radicalis אָבַד *periit*. Est Anomalum quiescentium primâ radicali Aleph. Ista in Fut. Kal mutant ֹ ultimæ in (..) & Chirik primæ in ִ Hinc Verbale אֲבַדּוֹן *perditio*, & Diabolus perditionis autor.

PSALMUS VIII.

Versus primus.

לַמְנַצֵּחַ *Lam-natz-tzè-ach*, *Vincenti*: Compositum ex Præpositione לְ *ad*, quæ inservit hic loco articuli Dativi Casus: ejus punctum genuinum est Scheva sed hic extruso articnlo ה assumit ejus vocalem, Dageshֿ excidente ex literâ Schevatâ. Simplex מְנַצֵּחַ est Participium Piel regulare, nisi quod gutturalis ח asciscat sibi Patach furtivum. Radix est נָצַח *vicit*, *excelluit*, *præfectus fuit*: hinc Nomen Masc. נֵצַח *robur*, *æternitas*, quæ omnia vincit. Vult *Bithnerus* Scheva initio hujus vocis esse mobile, sed ejus rationes non persuadent.

עַל *Gnal*, *Super*: Suprà *Psal.* 1. *vers.* 3.

הַגִּתִּית *Hag-git-tith*: Simplex גִּתִּית est Nomen Fœm. significans instrumentum musicum quo psallebant tempore Vindemæ, vel quod inventum fuerat

fuerat à *Philiſtæis* in urbe *Gath*. Radix eſt גַּת *torcular*, in Plurali גִּתּוֹת

מִזְמוֹר *Miz-mor*, *Canticum*: Nomen Maſcul. Pſalmus, à radice זָמַר *putavit*, *præcidit*: in Hiphil וּמַר *cecinit*, quia in canticis ſunt frequentes inciſiones.

לְדָוִד *Leda-vid*, *Davidis*: Simplex דָּוִד homo dilectus Deo & hominibus: à rad. דּוֹד *dilectus*, *patruus*.

יְהוָה *Jeho-vah*, *Domine*: Supra *Pſal.* 1. 2.

אֲדֹנֵינוּ *Ado-nè-nou*, *Deus noſter*: Compoſitum ex Præpoſitione נוּ Pronomine affixo Plurali primæ perſonæ & Nomine Plurali אֲדֹנֵי quod cum affixo (ינוּ) eſt אֲדֹנֵינוּ *Domini mei*: plerumque tamen eſt ſignificationis Singularis & ſimplicis, Dominus: cùm de Deo dicitur, habet ſub literâ penultimâ (ֵ) & cùm de hominibus (ֹ) Singulare eſt אָדוֹן *Dominus*: à radice אָדֶן *baſis*, *fundamentum*, in Plurali אֲדוֹנִים

מָה *Mah*, *Quam*: Pronomen interrogativum: *qui*, *quæ*, *quod*: cùm de perſonis agitur מִי, cùm de rebus, eſt מַה vel מָה: ſolet Dageſhare literam ſequentem, cùm autem ea non eſt Dageſhabilis ut hîc, Patach mutatur in Cametz, quod Cametz licet ſequatur Maccaph, non eſt Chatuph, quia litera ſequens eſt quieſcens.

אַדִּיר *Ad-dir*, *Magnificum*: Nomen Maſc. *magnificus*, *validus*. A radice אָדַר *magnificavit*, *validus fuit*.

שִׁמְךָ *Shim-cha*, *Nomen tuum*: Simplex eſt שֵׁם *nomen*,

nomen, *gloria*, Generis Masc. licet in Plurali habeat שְׁמוֹת In compositione mutatur (‥) in Scheva, & hoc in (.) ubi aliud Scheva sequitur.

בְּכָל *Bechol*, *In omni*: Psal 1. 3.

הָאָרֶץ *Ha-a-retz*, *Terra*: Simplex אֶרֶץ Nomen commune, in Plurali אַרְצוֹת in Singulari prius (ֶ) mutatur in (ַ) cùm præcedit Pronomen denominativum הַ ut hîc. Radix est רוּץ *cucurrit*, quia super terram animalia currunt: vel à רָצַץ *contrivit*, quia conteritur terra ab ambulantibus.

אֲשֶׁר *Asher*, *Quod*: Supra *Psal.* 1. 1.

תְּנָה *Posuisti*: Est Infinitivus positus loco Indicativi, collocando vel collocare pro collocasti, vox est valde Anomala. Radix נָתַן *dedit*, *posuit*, est ex defectivis Pe Nun, quorum paradigma est נָגַשׁ quod in Infinitivo habet גֶּשֶׁת secundum quod נָתַן habere debuit תֶּנֶת, sed hujus loco est תֵּת & תֶּנֶת De radice supra *Psal.* 1. 3.

הוֹדְךָ *Ho-dhecha*, *Gloriam tuam*: Simplex הוֹד Nomen Masc. radicale; *gloria*, *honor*.

עַל־הַשָּׁמַיִם *Gnal-hash-sha-ma-jim*, *Supra Cœlos*, Psal. 1. 3.

Vers. 2.

מִפִּי *Mip-pi*, *Ex ore*: Compositum ex Præpositione מִן *ab*, *de*, *ex*, in compositione hîc abjicitur נ, & compensatur in Dagesh. Altera pars compositionis est Nomen Masc. פֶּה, quod in constructione & compositione legitur פִּי, *os*, *facies*. In Plurali פִּים vel פִּיוֹת & geminate פִּפִּיּוֹת

עוֹלְלִים

עוֹלְלִים *Gno-lelim*, *Infantium*: Plur. Masc. à Sing. עוֹלֵל *infans*, *puer*, major lactente, qui actitare incipit, à rad. עָלַל *operatus fuit facinora sive bona sive mala*; item, *vindemiavit*, *racemavit vites*.

וֹנְקִים *Io-nekim*, *Lactentium*: Plur. Masc. Part. præsentis Kal. Radix est יָנַק *lactavit*, *lac suxit*.

יִסַּדְתָּ *Iis-sad-ta*, *Fundasti*: Secunda Indicativi Piel Verbi radicalis יָסַד *fundavit*.

עֹז *Gnoz*, *robur*, *Fortitudo*: Nomen Masculi. עַז *robostus*, *fortis*, מָעוֹז *urx*, *castellum*; à radice עָזַז *roboravit*, *fortificavit*.

לְמַעַן *Lema-gnan*, *Propter*: Conjunctio causalis, juncta verbo significat *ut*; alias, *propter*, *propterea*.

צוֹרְרֶיךָ *Tzo-rere-cha*, *Hostes tuos*: Plurale Præsentis Participii Kal Verbi radicalis צָרַר idem quod צוּר *hostiliter egit*, *afflixit*, צַר *locus arctus*, *inimicus*. צֹר *rupes*, *acies*.

לְהַשְׁבִּית *Lehash-bith*, *ad compescendum*: Infinitivum regulare Hiphil Verbi שָׁבַת *quievit*, *cessavit*: in Hiphil, *quiescere fecit*: hinc שַׁבָּת & שַׁבָּתוֹן *quies*, *cessatio*, *Sabbatum*.

אוֹיֵב *O-jèbh*, *Inimicus*: Nomen Masc. אֵיבָה *inimicitia*, ab אָיַב *inimicus fuit*.

וּמִתְנַקֵּם *Ou-mith-nak-kem*, *Ultorem*: Participium Hithpael Verbi נָקַם *Vindicavit*, *ultio-*

ne-

nem sumpsit. Hinc Nomina נָקָם & נְקָמָה *Vindicta.*

כִּי *Ki, Cum, quia: Psal.* 1. 2.

Vers. 3.

אֶרֶא *E-re, Aspiciam:* Prima Fut. Kal regularis formæ אֶגְלֶה à רָאָה *vidit.* Est hîc significationis præsentis, in tertiâ Futuri est יִרְאֶה *Providebit.* Participium præsens cum affixo רֹאִי *videns me.*

שָׁמֶיךָ *Sha-me-cha, Cœlos tuos:* Supra *versu* primo.

מַעֲשֵׂה *Ma-gnasè,* Nomen Masc. *Opus, factum,* à עָשָׂה *Fecit,* extra regimen habet in fine (ֶ) non (ֵ) Cùm Pluraliter ponitur, pro מַעֲשִׂים tum abest ה in fine.

אֶצְבְּעוֹתֶיךָ *Ets-begno-the-cha, Digitorum tuorum:* Singulare Fœmininum est אֶצְבַּע *Digitus,* quo pingimus: à צָבַע *pinxit, coloravit:* in Plurali אֶצְבָּעוֹת In constructione (ָ) mutatur in (:) & affixum asciscit ante se ֶי.

יָרֵחַ *Ja-rè-ach, Lunam:* Nomen Masc. *Luna, mensis.* In Plurali יְרָחִים in regimine יַרְחֵי.

וְכוֹכָבִים *Vecho-cha-bhim, Et stellas:* Constructè כּוֹכְבֵי à Sing. Masc. כּוֹכָב *Stella.* אֲשֶׁר

כּוֹנָנְתָּה *Co-nan-ta, Præparasti:* Secunda Præt. Piel regularis cum ה paragogico secundum Paradigma קוּם ex quiescentibus Gnajin Vau, de radice כּוּן *Psal.* 1. 4.

Vers.

Verſ. 4.

מָה *Ma, Quid*: Supra *verſ.* 1.

אֱנוֹשׁ *Enoſh*; Nomen Maſc. *Homo*, à miſeriâ & ægritudine poſt peccatum: Plur. אֲנָשִׁים conſtructè אַנְשֵׁי Radix eſt אָנַשׁ æger & miſer fuit.

תִּזְכְּרֶנּוּ *Tiz-keren-nou, Recorderis illius*: Simplex תִּזְכּוֹר eſt ſecunda Fut Kal. à radice זָכַר *recordatus fuit*, זְכַרְיָה *quem recordatur Deus* זָכָר *memoria* זָכָר *maſculus, familiæ monumentum.*

בֶּן *Bhen, Filius*: Nomen integrum eſt בֵּן in conſtructione (..) mutatur in (.) cum affixo in Scheva, veſ Chirik. Radix eſt בָּנָה *domum ædificavit, liberos procreavit*; inde בַּת *filia*, quaſi בִּנְת. בֵּין verò, cùm eſt Præpoſitio, ſignificat *inter, in medio.*

אָדָם *A-dham, Hominis*: Nom. Maſc. homo quia ex humo אֲדָמָה *terra culta, & rubens*, ab אָדַם *rubens fuit* אָדוֹם *ruber, ruſus.*

תִּפְקְדֶנּוּ *Thiph-kedhen-nou, Viſites eum*: Simplex תִּפְקֹד eſt Fut. Kal. Verbi פָּקַד *viſitavit*, ob affixum mutatur (וֹ) in (:)

Verſ. 5.

וַתְּחַסְּרֵהוּ *Vat-tehhaſ-ſerè-hou, Et deficere feciſti eum*: Simplex תְּחַסֵּר eſt ſecunda Fut. Piel, à radice חָסַר *caruit, defecit, pauper fuit*; in Piel, *deficere fecit, imminuit.*

מְעַט *Megnat, Paululum*: Nom. Maſc. *parvus, paucus*, & Adverbialiter *parum*, à radice מָעַט *parvus fuit.*

אֱלֹהִים

אֱלֹהִים *Elo-him, Deo*: Sngulare אֱלוֹהַּ *Deus, Angelus, magiſtratus*, in quibus divina potentia elucet: Hinc per decurtationem אֵל *Deus*: cum affixo אֵלִי *Deus meus*: Plerique derivant ab אַיִל *fortitudo, robur*: אֵל etiam eſt Pronom. Plurale *illi, iſti.*

כָּבוֹד *Cha-bhod, Gloriâ*: Nomen Maſc. à rad. כָּבַד *gravis fuit, honoratus fuit.*

וְהָדָר *Veha-dhar, Et honore*: Simplex eſt Nom. Maſc. *decor, majeſtas*, à radice הָדַר *honoravit decoravit.*

תְּעַטְּרֵהוּ *Tegnat-terè-hou, Coronaſti eum*: Simplex תְּעַטֵּר eſt ſecunda Fut. Piel à rad. עָטַר *circumcinxit, coronavit*, עֲטָרָה *corona.*

Verſ. 6.

תַּמְשִׁילֵהוּ *Tam-ſhi-lè-hou, Dominari feciſti eum*: Simplex תַּמְשִׁיל eſt ſecunda Fut. Hiphil, à rad. מָשַׁל *dominatus fuit, Proverbia locutus eſt*; Hinc Nomen מָשָׁל *Proverbium, ſimilitudo, ſententia*, Plur. מְשָׁלִים & conſtructè מִשְׁלֵי

בְּמַעֲשֵׂי *Bema-ğnaſè, In operibus*: Verſ. 3.

יָדֶיךָ *Ia-dhe-cha, Manuum tuarum*: Simplex integrum eſt יָדַיִם duale, à יָד *manus, pars, ripa.*

שַׁתָּה *Shat-ta, poſuiſti*: Secunda Præt. Kal à paradigma קוֹם à rad. שׁוּת *poſuit*; Duplex e

hîc Anomalia: Primò, adjicitur in fine ה paragogium: Secundò, per Dageſh forte mergitur ת Thematis in ת Characteriſtico perſonæ.

תַּחַת *Ta-hhath*, *Sub*: Præpoſitio *infra*, *inferne*; Item, *propterea quod*, *pro*, *loco*: hinc Nomen תַּחְתִּי *inferior*.

רַגְלָיו *Ragh-laou*, *Pedibus ejus*: Simplex eſt רֶגֶל Nomen Commune. *Pes*, in duali רַגְלַיִם in regimine רַגְלֵי cum affixo tertiæ perſonæ רַגְלָיו verbum רָגַל eſt, *inveſtigare*, *explorare*, *obtrectare*.

Verſ. 7.

צֹאן *Tſo-ne*, *Pecus*: Nomen Commune Numeri tantum Singularis, ſed ſignificatione Pluralis: Radix eſt צָאַן *pecus*, *grex ovium*, vel *caprarum*: duplex eſt hîc anomalia, abjicitur א radicale, & adjicitur ה.

וְאֲלָפִים *Va-ala-phim*, *Et boves*: Singulare eſt אֶלֶף *mille*, in Plurali *millia*, item *boves*, אַלּוּף *dux*, item *bos*. Verbum אָלַף *didicit*; hinc אֶלֶף literarum prima cæteras ducens.

כֻּלָּם *Kul-lam*, *Omnes*: Compoſitum ex כֹּל *omnis*, & ם affixo Plur. tertiæ Perſ. Affixum mutat Cholem in Kibbutz.

גַּם *Gham*, Adverb. *etiam*, *quoque*.

בַּהֲמוֹת *Ba-hamoth*, *Animalia*: Plur. conſtructum, integrum eſt בְּהֵמוֹת *pecora*: item *Elephas pecudum maximus*: Singulare eſt בְּהֵמָה & בְּהֵמֹת *beſtia*, *pecus*.

שָׂדָי *Sa-dhai*, Nomen Maſc. *Ager*: Vulgo legitur

gitur שָׁדַד, Verbum שָׁדַד est, *agrum occavit*: Sed cum שׁ punctato dextrosum, & ד Dageshato, est unum ex Nominibus DEI, *omnipotens*, qui potest omnia vastare & destruere, à שָׁדַד *vastavit, destruxit*; vel ad omnia sufficiens, à Pronomine שֶׁ & דַי *sufficientia, abundantia.*

Vers. 8.

צִפּוֹר *Tsip-por*, Nomen commune: *avis, alatum, passer.* Radix est צָפַר *avolavit.* שָׁמַיִם וּדְגֵי *Ou-dheghè*, *Et pisces*: Plurale constructum: Singulare est דָּג *piscis*, à radice דוּג *piscari*, דַּיָּג *piscator*, pro Fœm. דַּיָּגָה constructè דַּיַּת

יָם *Jam*, Nomen Masc. *Mare*, item *Occidens*, quia mare magnum seu Mediterraneum rubro & aliis *Judææ* maribus multò majus ad Occidentem *Judææ* situm fuit. Plurali יַמִּים absque Dagesh יַמִּים *Muli*, ab Equo & Asinâ producti.

עֹבֵר *Gno-bher, Transiens*: Partic. Præs. Kal à Verbo עָבַר *transivit, transgressus est*: hinc עֵבֶר *vadum, transitus*: item *trans ultra*; etiam *Heber* nepos *Shemi*: hinc עִבְרִי *Hebræus*, vel quia orti eb *Hebero*, vel quod eorum primus *Abraham* natus sit in *Chaldæâ* trans fluvium *Euphratem.*

אָרְחוֹת *Or-hhoth, Semitas*: Plurale constructum, integrum est אֹרְחוֹת à Singul. אֹרַח *iter, via, semita*, à rad. אָרַח *iter fecit.* יַמִּים

Versus ultimus idem est cum primo.

Psal

PSALMUS XV.

Verſus primus.

מִזְמוֹר לְדָוִד יְהוָה מִי *Pſalmus Davidis, Domine quis:* Hæc ſupra.

יָגוּר *Ja-ghour, Commorabitur:* Tertia Fut. Kal formæ קוֹם à rad. גור *habitavit, commoratus fuit, peregrinus fuit, metuit;* Hinc Nomen גור & גור *catulus,* גֵּר *peregrinus,* מָגוֹר *formido.*

בְּאָהֳלֶךָ *Beo-hole-cha, In tabernaculo tuo:* Simplex eſt Nom. Maſc. אֹהֶל *tentorium,* Plur. אֳהָלִים in regimine mutatur (ָ) in (ַ) item (וֹ) in (ֹ) affixum autem ךָ poſtulat ante ſe (ַ) Verbum אָהַל eſt, *tentorium figere.* מִי

יִשְׁכֹּן *Jiſh-con, Habitabit:* Tertia Fut. Kal à שָׁכַן *habitavit:* מִשְׁכָּן *habitatio, tabernaculum.*

הַר *Har, Monte:* Nomen Maſc. conſtructum, abſolutum eſt הָר vel הָרָר.

קָדְשֶׁךָ *Kod-ſhe-cha, Sanctitatis tuæ:* Simplex קֹדֶשׁ *ſanctitas:* in conſtructione mutatur ֹ in (ָ) & (ַ) in (ְ) affixum autem ךָ requirit ante ſe (ַ) radix eſt קָדַשׁ *ſanctus fuit,* קָדוֹשׁ *ſanctus,* מִקְדָּשׁ *Sanctuarium.*

Verſ. 2.

הוֹלֵךְ *Ho-lèch, Ambulans:* Pſal. 1. 1.

תָּמִים *Ta-mim:* Nom. Maſc. *Integer, perfectus,* item *integritas,* תֻּמִּים idem, etiam quid ſecretum incluſum pectorali Pontificis. Radix eſt תָּמַם

absolvi, perfici, consumi. תָּם *perfectus,* תּוֹם *perfectio & perfectus.*

וּפֹעֵל *Ou-pho-gnèl, Et faciens:* Partic. Præs. Verbi פָּעַל *fecit, operatus est,* פֹּעַל *opus,* פְּעֻלָּה *opus, & operis merces:* מִפְעָלֵי *opera.*

צֶדֶק *Tze-dek, Iustitiam:* Psal. 1. 5.

וְדֹבֵר *Ve-dho-bhèr, Et loquens:* Particip. Præs. Verbi דָּבַר *locutus est:* hinc דָּבָר *Verbum,* דְּבִיר *Templi adytum, unde loquebatur Deus.* דְּבוֹרָה *apis,* à bombo & garritu מִדְבָּר *desertum,* κατ' ἀντιφρασιν, *ubi nullus sermo.*

אֱמֶת *E-meth,* Nom. Fœm. *Veritas:* contractum quasi אֲמֶנֶת: Radix est אָמַן *nutrivit:* in Hiph. *credidit, fisus fuit ut veraci:* אֱמוּנָה *veritas,* אָמְנָם *verè,* אָמֵן *veritas;* & Adverbialiter *verè, certe.*

בִּלְבָבוֹ *Bil-bha-bho, In corde suo;* Simplex absolutum est לֵבָב Nom. Masc. *cor, animus, medium:* contracte לֵב & Fœm. לִבָּה idem.

Vers. 3.

רָגַל *Ra-ghal, Obloquutus est:* Psal. 8. 7 לֹא

לְשֹׁנוֹ *Lesho-no, Lingua sua:* Simplex absolutum est לָשׁוֹן *lingua, sermo.* לֹא עָשָׂה

לְרֵעֵהוּ *Lerè-gnè-hou, Amico suo:* Simplex absolutum est רֵעַ *amicus, proximus,* מֵרֵעַ idem; radix est רָעָה *pascere, socium & amicum esse:* hinc Part. cum affixo, רֹעִי *pastor meus.*

רָעָה *Ra-gna,* Nom. Fœm. *Malitia, malum.* Masc. est רַע *malus,* à rad. רוּעַ *malus fuit.*

חֶרְפָּה

וְחֶרְפָּה *Ve-hher-pa, Probrum, opprobrium:* rad. חָרַף *exprobravit, probro aut contumeliâ affecit:* hinc Nomen חֹרֶף *hiems, terræ probrum.*

נָשָׂא לֹא *Nasa,* Præt. Kal, *accepit, sustulit, elevavit* hinc נָשִׂיא *Princeps, supra populum elevatus,* מַשָּׂא *onus.* שְׂאֵת *excellentia,* cum שׂ dextro in Hiphil הִשִּׁיא *decepit,* מַשָּׁאוֹן *deceptio.* עַל—

קְרֹבוֹ *Kero-bho, Proximo suo:* Simplex absolutum est קָרוֹב *propinquus:* à rad. קָרַב *appropinquavit, obtulit,* קָרְבָּן *oblatio,* קֶרֶב *medium, intestinum, venter.*

Vers. 4.

נִבְזֶה *Nibh-ze, Contemptus:* Part. Præs. Niphal Verbi בָּזָה *contempsit,* formæ גָּלָה.

בְּעֵינָיו *Begnè-nau, In oculis ejus:* Simplex est עֵינֵי duale contractum absolutè עֵינַיִם à Sing. עַיִן constructè עֵין *oculus,* item *fons,* מַעְיָן *fons.*

נִמְאָס *Nim-as, Rejectus:* Præt. Niphal Verbi מָאַס *sprevit, contempsit, rejecit.*

וְאֶת *Veeth,* Compositum ex Conjunct. וְ *et,* & articulo Accusativi Casus אֶת, ante Maccaph punctum habet (ֶ) alias vel (.) vel וֹ. אֵת Nomen significat *ligonem.*

יִרְאֵי *Iir-è, Timentes:* Plurale constructum, absolutum est יְרֵאִים à Sing. יָרֵא Nom. Masc. *timens, metuens,* à rad. יָרֵא *metuit:* in Part. Niphal נוֹרָא *reverendus, terribilis.* יְהֹוָה

יְכַבֵּד *Iechab-bèdh, Honorabit:* Fut. Piel Verbi

irrepere potuisse particulam negativam; quod si in ipsos primos Interpretes fabam hanc cudere malis, videri ipsos in minus accurate depicto Hebræo codice pro וְצוֹא וְשׁוּב legisse וְלוֹא יָשׁוּב facili satis lapsu similium trium literarum commutatione, *Jod* in *Vau* *Tzade* in *Lamed*, & *Vau* in *Jod*.

Tertiò quæritur, quî *Tremellius* & post eum Italus addant ad fontem Hebræum Adverbium [*indesinenter*] [*vel continuo*] de quo nihil alii Interpretes. *Resp.* Hebræa geminare verba [*exiit exeundo*] peculiari & usitata Phrasi, ubi actionis repetitione, geminatio vel incrementum notatur: hoc *Tremellius* & Italus rectè per Adverbium dictum expressêrunt; quod alii interpretes per Infinitivum, Gerundium aut Participium transtulerunt, licet quidam omninò omiserint. Tremellius & Deodatus defenduntur.

Denique quæras, cur Anglicana nova veterem hic corrigit? *Resp.* Correctio hæc omninò non fuit necessaria: nam vetus cum Chaldæo, *Pagnino* & Gallo, Hebræa de verbo ad verbum perspicue & fideliter transtulit: Nova verò correctio, etsi res eodem recidat, in verbis tamen nec tam perspicua, nec Hebræis tam est propinqua. Anglicana vetus rectior novâ.

Quæstio quarta.

QUæramus quarto de genuino sen
posterioris partis versus ultimi, ca
pitis quadragesimi septimi *Genes*
Verba textus. Hebræa sic habent; וַיִּשְׁתַּחוּ יִשְׂרָאֵל עַל־רֹאשׁ הַמִּטָּה Interlinearis *Pagnini* [*Et incurva
vit se Israel super caput lecti*] Chaldæus Paraphrastes, וּסְגִיד יִשְׂרָאֵל עַל רֵאשׁ עַרְסָא quæ sic Latine Regia Biblia [*Et adoravit Israel super caput lectuli*] Septuaginta Interpretes, καὶ προσεκυνήσεν Ισραὴλ ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. [*Et adoravit Israel super summitatem virgæ ejus*] Vulgata Latina [*Adoravit Israel Dominum conversus ad lectuli caput*] Tremellius [*Tunc incurvavit se Israel ad cervical lecti sui*] Anglicana nova [*And Israel bowed himself upon the beds head*] Vetus [*And Israel worshipped towards the beds head*] Gallus [*Et Israel se prosterna sur le chevet du lict*] Italus [*Et Israel inclinato si verso il capo lecto adoro*] Belgica Dordracenorum [*Ende Israel booch sich ten hoof de van hette bedde*]

Citatur hic locus in Epistolâ ad *Hebræos*, Cap. 11. ver. 21. Græcè, Καὶ προσεκυνήσεν ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς ῥάβδου αὐτοῦ. Quæ sic *Pagninus* [*Et adoravit super summitatem virgæ*

sue]

suæ] Vulgata Latina [*Et adoravit fastigium virgæ ejus*] Tremellius [*Et adoravit super summitate baculi sui*] Syrus Interpres, וְסָגַד עַל רֵישׁ חוּטְרֵהּ *Et adoravit super fastigium virgæ suæ.* Anglicana nova [*And worshipped leaning on the top of his staff*] Vetus [*And leaning on the end of his staff he worshipped God*] Gallus [*Et adora sur le butt de son baston*] Italus [*Et adora chinato sopra la sommita del suo bastone*] Belgica Dordracenorum [*Ende heeft aengebeden* [*lenende*] *op het opperste van sijnen staff*]

Vexat hic locus Interpretes tàm veteres quàm novos, tàm Protestantes quàm Pontificios. De Translationibus aliis, præter Septuaginta Interpretes & vulgatam Latinam, nulla notabilis quæstio est, omnes ad Hebraicorum fidem factæ sunt, ut singulas examinanti patebit.

Chaldæus Interpretem fidelissimum, non Paraphrasten hîc agit; Interlinearis *Pagnini* non acuratius Hebraicis ipsis verbis inhæret, quam hic Chaldæa Paraphrasis. Quod autem Paraphraseos Versio Latina pro [*lecto*] *Pagnini*, habet [*lectuli*] differentia hæc in Chaldæo non est, imo in re ipsâ nulla est: Et quod *Pagnini* [*inclinavit se*] Chaldæus reddat [*adoravit*] discrepantia non est; nam Hebræa hîc vox significat utrumque: Imo sui inclinatio & adoratio est una & eadem

Chaldæus optimus hic Interpres.

dem actio; hinc fit ut Interpretes iis vocibus utantur promiscuè: cum Chaldæo vulgata Latina & Anglicana vetus vocem adorant eligunt: cum *Pagnino Tremellius*, Anglicana nova, Gallus, & Belgæ vocem inclinandi seu incurvandi se malunt. Italus utramque vocem conjungit; Nec ulla hîc cuiquam deviationis cujusquam labes aspergenda.

Laudatur Latina.

Sed nunquid Latina vulgata hîc peccavit addendo voces duas quarum neutra est in Hebræo, ibi enim neque [*dominum*] neque [*conversus*] legimus. *Resp.* Utinam sic semper errasset vulgata Latina; certè vox hæc utraque addita est necessariæ explicationis causa; ut & adorationis objectum & modus adorandi exponeretur, quorum ignorantia posterioribus sæculis in utrâque Ecclesiâ tàm Græcâ, quam Latinâ, perniciosum peperit errorem. Ne enim quis existimaret adoratum à *Jacobo Josephum*, addidit Latinus Interpres *Jacobum* adorasse Dominum; Et ne quis somniaret in adoratione Domini vertisse se *Jacobum* ad baculum *Josephi*, docet Latinus convertisse se *Jacobum* ad lectuli caput. Interpretatio hic Latina Hebræis bellè quadrat, quemadmodum cum *Hieronymi* tum *Augustini* quæstiones in hunc *Geneseos* locum demonstrant.

Defenditur Tremellius.

Si de *Tremellio* quæras, cur quod alii [*Caput*] ipse [*cervical*] transtulerit Ad-

dat

lat etiam Adverbium temporis [*tunc*] & Pronomen reciprocum [*Sui*] *Resp.* In stis nulla est in viro doctissimo culpa, Hebraica vox, quam alii caput, alii fastigium, alii summitatem vertunt, significat etiam capitis sustentaculum, cervical; & hoc loco ic commodè accipi potest, quod moribundus enex ad Dei adorationem se componens, inecti culcitram & cervical infirmum suum corpus reclinarit. In hoc Gallus *Tremellium* sequitur, aut Gallum *Tremellius*. Hebraica etiam copula per Adverbium temporis frequentèr transfertur; Quod ad Pronomen, potuit id quidem omitti, cum additio Pronominis (ut audietis) auxerit hic litem: Etsi in Pronomine reciproco nihil sit periculi.

Quod ad Anglicanas, num inter ipsas reais aliqua est discrepantia. *Resp.* Negativè, le priori differentiâ, quòd vetus [*adoravit*] nova [*inclinavit se*] transferat, supra dictum est: De posteriori, quod vetus habet [*towards the beds head*] nova effert [*upon the beds head*] Minuta & parvi momenti differentia est. Hebræa Præpositio עַל utrumque admittit, tam Super quam Versus significans, & subjecta materia neutrum significatum respuit: Itaque pro sui animi sententiâ Interpretum alii hoc, alii illud amplexi sunt: cùm Anglicana veteri consentiunt hic, vulgata Latina, Italus & Belgæ: cum Nova Chal-

Utraque Anglicana recta.

Chaldæus Paraphraſtes, *Tremellius* & Gallus

Quod ad Gallum & Italum Interpretem de utriuſque cum cæteris concordia & diſcordia jam diximus.

Gravis difficultas in Græcis.

Sed lis hic omnis, & ea quidem apud multos ſatis prolixa & gravis, eſt de Septuaginta Interpretum verſione. Græca *Aquilæ* & *Symmachi* cum cæteris interpretibus ſatis amicè conſpirant. Sic enim *Symmachus*, ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς κλίνης: Et *Aquila*, ἐπὶ κέφαλιν τῆς κλίνης: Sed qui dicuntur Septuaginta, longè ab omnibus recedunt profecto virgam ſupponentes. Iſtorum à cæteris receſſum parvi penderemus, niſi ipſorum verſionem Spiritus Sanctus in Epiſtola ad Hebræos ſequutus fuiſſet; Quid hoc caſu faciendum magna doctos omnes difficultas premit: an malè omnes alii Interpretes Hebræa verterunt, & ſoli LXX bene; Et ſi LXX male, cur in eo errore à Spiritu Sancto approbantur? Videat cui vacat varias ad difficilia hæc interrogata reſponſiones, *Riveti*, *Heinſii*, *Cartwrighti*, *Fulki*, *Bezæ*, *Junii*, & aliorum inter Proteſtantes; Item inter Pontificios *Abulenſis*, *Eſthii*, *Ribera*, *Cornelii à Lapide*, & aliorum qui ſuis laboribus nodum hunc explicare conati ſunt; ex omnibus iſta colligo. Primò, verſionem LXX Interpretum, etſi ab aliis omnibus diverſam, non tamen ab Hebræis diſcrepare,

Dubii ſolutio triplex.

eo

eo quòd Hebraica vox, prout ex ſuis eſſentialibus partibus conſtat, hoc eſt, ex ſuis conſonantibus, quæ ſolæ ſunt apud Hebræos literæ, legi recte poſſe vel *mittah* lectus, vel *matteh* virga: *matteh*, inquam, non ut perperam habent Annotationes nuperæ Anglicanæ in locum *Geneſeos*, & Anglicus ille Anonymus Doctoris Sociniani in locum ad Hebræos Commentarius *mitteh*; Et *Lyei* Critica ſacra *mattah*. *Mitteh* enim apud Hebræos nulla vox eſt; & *mattah* nec lectum nec virgam ſignificat, ſed Adverbium inferne, Aſt *mittah* vel *matteh* utraque lectio recta eſt, nec earum quævis vituperanda; Imò vocis Hebrææ ſine punctis totus ſenſus non exhauritur niſi utraque lectio, & utraque Interptetatio conjungatur; quaſi *Jacobus* in adoratione genibus ſupra cervicali poſitis, oculis verſus lecti caput directis, manibus baculo innixus fuerit.

Sunt tàm inter noſtros quàm Pontificios quibus iſta non placent eo quod unius loci non ſit niſi unus ſenſus literalis, & vocem omnem ambiguam in unâ tantùm ſignificatione, uno in loco poſſe accipi autumant, quam hæc dictata verè pronuncientur in præſentiarum non diſputo; horum tamen Authoribus ſecundum offero reſponſum. Eſto loci præ manibus unus tantùm ſit ſenſus, & vox Hebræa legatur ſecundum preſentia puncta

cta tantùm, *mittah* lectus, & Septuaginta, qui legerunt *matteh*, & verterunt virgam receſſerint hactenus ab Hebraicâ veritate: hæc tamen declinatio tantilla eſt, ut nihil ponat contradictorium Hebræis; aliquid quidem addit, ſed nihil quod horum ſenſum evertat: & verò non raro in novo Teſtamento 70 Interpretum verſio adhibetur etiam, ubi ab Hebræis declinat, modo ea declinatio talis ſit quæ nihil habeat repugnans vero ſenſui Hebræorum. Tertiam hanc habete reſponſionem *Janſenii*, quam ab eo didiciſſe ſe profitetur diſcipulus *Eſthius*, quæ *Riveto* non diſplicet, ſcilicet in Epiſtola ad *Hebræos* locum *Geneſeos* præmanibus non citari, ſed rem quæ in Græcis Bibliis, Judæis helleniſtis, tum maximè familiaribus, quotidiè legebatur nudè recitari; Nullam ergo hîc deviationem ab Hebræis argui debere, ubi nulla ex Hebræis citatio intenditur, ſed mera narratio Hiſtoriæ, prout in Bibliis Græcis quotidie legebatur, accuratène ad Hebræorum fidem, Scriptor Epiſtolæ ad *Hebræos* illud ibi non quærit.

Latinorum error pernicioſus

Sed controverſia hic periculi pleniſſima eſt, de vulgatâ Latinâ verſione loci præmanibus, prout in Epiſtola ad *Hebræos* legitur. In geminum ibi Interpres præcipitat errorem contrà Græci textus, & verſionum omnium aliarum veritatem. Primò omittit præpoſitionem ſuper ἐπὶ; Deinde malè transfert pronomen

nomen αὐτῦ in [*ejus*] quod alii in [*ſuæ*] vertunt. αὕτης enim hic eſt cum Spiritu aſpero, prout in Regiis Bibliis videre eſt, adeoque pro ἑαυτῆ ponitur, quod ſemper eſt reciprocum, & eſto prout in quibuſdam aliis exemplaribus legitur, habeat ſpiritum lenem, etiam ſic relativum frequenter reciprocũ eſt.

Errores hi maximi momenti, utpote qui pro fundamento ponuntur teterrimæ Pontificiorum Idololatriæ in adorandis lignis, lapidibus, & omnis materiæ imaginibus, ipſo religionis, ipſo latriæ cultu: prout rectè *Eraſmus* in locum annotat. Nimium fuit hinc deducere voluiſſe *Iacobi* adorationem verſus orientem; ſuperſtitio enim hæc nullo S. Scripturæ loco, nec ullâ ſolidâ ratione nititur, licet Pontificii, & poſt eos Anglicani Ladenſes, eam ceremoniam perditè deament: Sed ultra procedere, affirmando *Iacobum* filii ſui virgam adoraſſe abhominanda eſt amentia; quo tamen *Cornelius à Lapide* in locum, & alii Jeſuitarum proceſſerunt & poſt eos dicti Ladenſes; licet ſummum hoc Pontificiorum Idololatriæ culmen habeatur.

Quod ſuam hîc inſaniam *Chryſoſtomi*, *Theodoreti*, *Damaſceni*, & aliorum Græcorum loci Interpretum authoritate palliant, fruſtraneus eſt conatus. Non quidem probamus quæ *Theodoretus*, & *Chryſoſtomus* afferunt, quaſi *Iacobus* adoraſſet filium *Ioſephum*,

Patres non erant εἰκονολάτραι.

ſephum, vel ut *Ægypti* Principem, vel *Ieroboami* & aliorum Iſraeliticorum Regum patrem, iſtorum enim ſomniorum ne leviſſima quidem umbra apparet in verbis, Immo in Hiſtoriâ *Geneſeos* videmus tantum abfuiſſe *Iacobum* ab adoratione *Ioſephi*, ut *Ioſephus* diſertè *Iacobum* adoraverit, 48.12. Quod ad regiam *Ioſephi* poſterorum dignitatem, eam neque *Iacobus* neque *Joſephus* unquam amarunt: Maledicta enim fuit, licet à Domino tolerata, & ad puniendum *Davidem* juſte excitata tyrannis hæc, & à legitimo *Judæ* regno apoſtaſia. Ut ut eſt quæcunque vel *Chryſoſtomus* vel *Theodoretus* afferunt, non ultra civilem adorationem procedunt & ad religioſum Jeſuitarum cultum nihil ſpectant.

Pontificiorum idololatriæ origo.

Fateor *Damaſcenum*, *Leontium*, & alios Græcos, qui poſt patrum ſæcula, & Concilium Nicænum ſecundum contra Iconomachos, & Iconoclaſtas ſcripſerunt, ex hoc ad Hebræos depravato loco imaginum quendam cultum afferre velle, quem ipſi δουλειαν vocant, qui in ipſis putidiſſimus eſt error: Nemo tamen ante ſera Scholaſticorum ſæcula auſus fuit imaginibus divinum λατρειας cultum affingere.

Tum quidem *Thomas*, abſurditate mirâ, Idololatriæ craſſiſſimæ venenum eructavit, eundem omnino cultum genere, ſpecie, & numero,

numero, deferendo imagini, qui rei cujus est imago defertur. Monstrum hoc *Aquinas* fundat in peripatetico sophismate, eundem esse motum in imaginem & imaginatum: huic fundamini superstruunt hodiè Jesuitæ totum horrēdæ suæ Idololatriæ labyrinthum, eandem corporis & animæ adorationem, quæ defertur Christo deferendam ligneo Crucifixo: Et quæ Deo triuni defertur deberi eandem ligno, lapidi, & cuivis alii figmento, quod in imaginem ad Deum aut quamvis in Trinitate personam representandam constituerunt. Ad tam tetrorum & damnandorum errorum patrocinium, corruptio Latini textus contra originalium Græcorum & aliorum omnium Interpretum fidem affertur. Quod hic Jesuitæ Rhemenses Anglicanam veterem accusant, quasi & ipsa Græcum textum corrumperet, addendo ad eum voces duas, [*leaning*] & [*Lord*] Respondē nihil hic additum esse textui Originali: nam dictæ voces ut & aliæ omnes quæ in Protestantium translationibus videntur additæ, scribuntur alio & minusculo Charactere quam verba Textus; ut appareat illa posita non additionis sed explicationis causa: & vero quam hic Jesuitæ criminantur additionem, ea ab Anglis facta est Latinorum, quæ ipsis authentica sunt, prævio exemplo in loco *Geneseos* præmanibus.

Sine causa Rhemenses versionem Anglicanam reprehendunt

Quæst.

Quæstio quinta.

Verba textus

QUæritur quinto de verâ interpretatione versus decimi, Capitis quadragesimi noni *Geneseos*. Hebræa sic habent: עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה Interlinearis *Pagnini* [*Usque quo veniat Shilo*] in margine *Messias*. Chaldæus Paraphrastes עַד דְּיֵתֵא מְשִׁיהָא דְּדִי Quæ sic Regia transferunt: לֵה הַמָּלְכוּ תָא *Donec veniat Messias, cujus est regnum.* Septuaginta Interpretes: ἑὼς ἂν ἔλθῃ τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ. [*Donec veniant reposita ei*] Vulgata Latina [*Donec veniat qui mittendus est*] Tremellius [*Usque dum venturus erit filius ejus*] In margine secundæ ejus. Gallus [*Jusques a ceque Shilo vienne*] Italus [*Finche non sia venuto Silo*] Anglicana Vetus [*Untill Shilo come*] Nova non variat à veteri. Belgica Dordracenorum [*tot dat Silo compt.*]

Quæstio hîc omnis est de interpretatione vocis Shilo, שִׁילֹה In cæteris interpretandis inter expositores omnes consensus est; licet aliorum *donec veniat* transferat *Tremellius* [*Usque dum venturus erit*] quæ sunt & obscura & impropria, & ad Hebræa minus accedunt, quam quæ cæteri omnes habent. Quod autem Italus addit particulam negativam,

tivam, non facit hoc sensum negativum, nec quicquam de affirmatione tollit secundum peculiarem Italis loquendi formam.

An Shilo nomen proprium.

Quod vero ad Shilo attinet, *Arias Montanus*, Gallus, Italus, Anglicani utrique, Belgæ, non omnino transferunt: sed vocem Hebræam suis civitatibus, Anglica, Gallica, Italica, Belgica, & Latina donant; cujus facti nescio an multa occurrant exempla, ego nullius memini. Non infrequenter quidem Interpretes nominati voces Hebræas & Verba & Nomina, eaque tam appellativa quam propria, immo integras sententias intranslatas relinquunt; ut in *Adam*, *Enos*, *Seth*, *David*; in *Hosanna*, *Aceldama*, *Abaddon*; & in *Eli Eli lammasabachtani*, aliisque videre est: sed id semper accidit ubi Interpretes veteres, Chaldæus, Græcus, & Antiquiores Latini præiverunt viam: ubi autem vocem Hebraicam à prioribus Interpretibus translatam, posteriores intranslatam relinquunt, si unam vocem Shilo præ manibus excipias, nullus memini. Quid vero hic impulerit recentiores a veteribus descedere, hæ mihi se offerunt conjecturæ. 1. Quod vocem accipiendo proprie, cujusmodi Interpretes transferre non solent, linguæ analogia servetur. 2. Doctrina de Christo illustretur. 3. Manifesta ab originali deviatio evitetur, in quam veteres omnes, tam Chaldæ-

us

us & Græcus, quam Latinus, collabuntur dum pro appellativo vocem accipiunt.

Ista paucis sic demonstramus. 1. Quod Interpretes, in quâvis linguâ, omnia propria intranslata retinere soleant, nemini ignotum est. 2. Quòd nomen Shiloh, pro proprio acceptum, doctrinam de Christo illustret, & Hebraicæ Analogiæ regulas servet sic habete. Sit vocabulum non Participium, sed Nomen verbale radicis שָׁלָה nihil peccabitur in Grammaticam, nam nomen erit formæ כּוֹשַׁר cujus generis sunt alia multa, eritque sensus doctrinæ suavissimæ refertus, si in eum liceret digredi. Verbum שָׁלָה significat salvus, tranquillus, fortunatus, fœlix fuit, ejus verbale שִׁילֹה denotat hominem quietum, pacificum, fælicem, imo talem qui aliis quietem, salutem, & omnem fælicitatem præbet; ipsa salus & salvatio, ab Hebræo שָׁלָה derivatur. Vox hæc omnino synonyma est cum Iesu Salvatore, seu ut loqui in hunc locum amat *Castalio*, homo novator tam in rebus quam in nominibus Sospitatore. Recentiores Interpretes Italus, Gallus, Anglicani, Belgæ, & cum ipsis *Montanus* vocem ut propriam non transferentes huc collimarunt: in hâc sententia confirmatiores, quod Veteres dum vocem appellative acciperent non tantùm in sensu consolatorio parciores, sed ab Hebraico textu nedum grammatica aperte declinante reperere

eperere. Omnes quidem ὁμολογῶς καὶ ὁμολογῶς (quod non mediocri est solatio) Messiam hoc loco indigitatum fatentur, contra recentiores Judæos; qui ut alia omnia, ita hoc præ cæteris illustre de Christo vaticinium, omni ope eludere conantur. Chaldaica omnia in Targum, tàm Hierosolymitano & Babylonico quàm Jonathanis, Messiam nominatim exprimunt, & etiam describunt per paraphrasin à regno Israelis, quod Christo omni jure proprium fuit. Græca etiam Messiam innuunt, in quo uno repositi sunt omnes Thesauri grātiæ & gloriæ; Et Latina vetera eodem respiciunt: quisenim alius ob *Israelis* consolationem mittendus erat à cœlo de Patris sinu quam Iesus Christus? Utcunque ex illis Paraphrasibus nulla tam emphaticè Messiam indigitavit, quàm nomen proprium usurpatum à recentioribus, quod Iesum Salvatorem, & pacem, salutem ac fœlicitatem, ab ipso impętratam & impertitam, exhibet.

Chaldæi Paraphrasæ error.

Dixi in veteribus manifestè ab Hebræis deflexum, hoc animadvertite in omnibus. Chaldæus etsi ad summam Judæorum Modernorum convictionem rectissimè Messiam, ipsique debitum regnum in suâ Paraphrasi exprimat, tamen dum Shilo Interpretatur, דִּי לֵיהּ [*quod ad illum*] [שִׁלֹה] legisse oportuit contra codicum omnium Hębræorum

fidem, apud quos, non שִׁלוֹ sed שִׁילֹה le-
gimus. Verum est literas Ehevi commuta-
biles esse, & ה aliquando poni pro ו: se-
tum ה semper est affixum, & nulla radicali-
um quæ voci essentiales: sed ubi ה rectissim
pro literâ radicali & essentiali stare potest,
nulla ratio est cur in affixum & servilem
commutetur. Utut verò hæc se habeant nul-
la analogia accipi patitur שׁ pro affixo rela-
tivo: cujus punctum genuinum est [ׁ] lite-
ram sequentem dageschans, ut in שׁוֹל: nul-
lum autem datur exemplum ubi שׁ pronomen
habet punctum (.) & post se literam (ו)

Quod ad Græca, idem in ipsis lapsus e
quem in Chaldæis notavimus; licet enim in-
terpretatio paulùm diversa sit, lectio ta-
men Hebræorum utrisque videtur fuisse un
& eadem nim. שִׁלוֹ non שִׁילֹה: nam utrique
acceperunt ψ pro præfixo & litera servili, no
radicali; λι vero pro composito ex præpo-
tione ל & suffixo ו; licet Græci exposuerin
ψ pluraliter (ται) & explicationis causa
addiderint [ἀποκείμενα] quod Chaldæi
singulariter [*cujus*] addentes, explicatio-
nis causa, [*est regnum*] & Græci poster
rem vocis partem interpretati sint per Da
vum [αὐτῷ] quod Chaldæi per Genitiv
[*cujus*]. Concedimus discrepantias
satis consistere & facillimè defendi, si ipsor
lectio שׁלוֹ Hebræorum codicum fide nite

ur; cum autem isti omnes aliter legant, Græca hîc non magis defendi possunt quam Chaldæa.

Quod ad Latinum Interpretem, plus ille deviat ab originali quàm vel Chaldæus vel Græcus, etsi enim quod habet [*qui mittendus est*] rectè satis quadret Messiæ, longè tamen abest translatio hæc à copiâ dulcissimorum sensuum, qui in voce Hebræâ latent; imo vero cum Textu Hebræo omnino non consonat. Legerunt Latini שָׁלוּחַ quasi participium Paul verbi שָׁלַח misit, Sed ita in quinque manifestos errores præcipitarunt. Primo tertiam radicalem ה mutarunt in ח, quod nec ratio nec usus admittit. Secundò, omiserunt (ַ) furtivum. Tertiò mutarunt ו in ו. Quartò, omiserunt literam ו Quinto, pro (ֹ) supposuerunt (ֻ) ita misere vocem tam in literis quam in punctis depravantes.

Magna hic Jesuitarum *Gordonii* & *Salmeronis* injuria est in Judæos, dum affirmant ab iis dedita opera, & in Christum odio corruptum Hebræorum Textum. Certè quòd habent Judæi Christi honorem illustrat multo clarius quàm quòd Latini, non hic Judæi depravarunt Hebræa, sed quod ex ignorantiâ vel incuriâ legit Latinus Interpres, perversè defendunt Jesuitæ, Latina multo facilius à Judæis eluduntur quàm Hebræa. Jesuitæ Judæis injurii.

Quod de *Nebuchadnezare* afferunt quidam

dam Rabbini :negari non poteſt ipſum ſingu-lari Dei deſtinatione ad Judæos fuiſſe mitten-dum,& quando venit Judæorum regibus ſce-ptrum ereptum eſt,nec unquam poſtea reddi-tum; ſi levitas quoſdam ex Maccabæorũ fami-liâ titulo tenus reges excipias:hic tamen שִׁילֹה eſſe non potuit: minimè pacificus, minimè-que omnium Judæis fuit ſalutaris, quos nimi-rum graviſſimo bello conculcavit. Inepte ergo Jeſuita Judæis hîc innocentibus crimen affingunt, cujus ipſi accuſatores ſunt rei.

Quæſtio ſexta.

Verba textus.

QUæritur ſexto de verſu decimoſepti-mo *Pſalmi* vigeſimi ſecundi. He-bræa ſic habent כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי in margine כָּרוּ Interlinearis *Pagnini* [*quaſi leo manus meas & pedes meos*] Chaldæ-us Paraphraſtes [כְּנָכְתִּין אַדַי וְרַגְלָי] *mordentes manus meas & pedes meos.* Paraphraſtes *Buxtorfii* addit כְּאַרְיָא [*ſicut leo*] quod Septuaginta : [ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας μου.] Latina vetus [*Foderunt manus meas & pedes meos*] *Tremellius* non differt. Anglicana vetus [*They pierced my hands and my feet*] Nova non variat. Interpres Gallus [*Ils ont perce mes mains & mes pieds*] Italus [*Eſſi m'hanno forate le mani & i piedi*]

piedi] Belgica Dordracenorum [*Sy hebben mijne handen ende mijne voeten doorgraven.*]

Quæstio hîc omnis est de voce בַּאֲרִי & בָּרִי Magnam intendunt Judæi litem Christianis quasi falsatoribus sacrarum Scripturarum quod pro בַּאֲרִי supposuerint בָּרִי ut hâc ratione scandalum crucis Iesu vel tollerent vel mitigarent ; Jesuitæ vero & alii idem omnino corruptarum Scripturarum crimen Judæis hic impingunt ; quasi odio religionis Christianæ , pro Karu supposuissent Kaari : Per Judæorum quoque latera Protestantium causam confodere se posse putant : Si enim semel obtineant corruptos à Judæis vel aliis quibuscunque fontes Hebræos, tum in examine versionis Latinæ, aut aliarum translationum non recurrendum erit ad Textum Hebræum ut authenticum ; nam fons ille turbatus erit, & statera ista humanis corruptelis à primævâ rectitudine detorta reperietur.

Status controversiæ.

Si vel textus vel margo habet Karu , Christianorũ versiones sunt probæ.

Respondemus primum ad Judæos , nullam hic fraudem à Christianis factam, si Karu vel in textu vel in margine scriptum ipsi Judæi fateantur : si in contextu an quisquam vitio vertet, quod quæ in textu invenerunt Christiani fideliter transtulerint? Si in margine, non debent Judæi criminari, quod secundum vulgatissimam ipsorum praxin præferimus

ferimus marginale Keri textuali Chetibh. Annon in vocibus supra octingentas interpretantur omnes ipsorum Rabbini, quod in textu scribitur, per id quod in margine legitur? Eligant quod ipsis libuerit, seu in margine seu in textu habeatur [*Karu*] nostra interpretatio erit in tuto. Si utrumque nobis negent, affirmando nostrum Karu neque in margine neque in textu apparere, magna eos magnorum testium caterva obruemus. Omnes Interpretes Christiani veteres pro nobis faciunt, Omnes Græci qui vel secundum Septuaginta verterunt ὤρυξαν, vel secundum *Aquilam* ἤσχυναν: omnes etiam Latini, qui vel secundum *Hieronymum* voce foderunt, vel secundum alios patres alio simili verbo sunt usi. Quam longe autem istorum testimonium recentibus Rabbinis, qui soli nobis hic contradicunt, auctoritate præponderet, cujusvis esto judicium?

In multorum exemplarium textibus legitur Karu

Sed Christianis omissis quid ad antiquissimos & maximi pretii ex ipsorum scholis autores Judæi replicabunt. Chaldæus Paraphrastes aperte pro nobis stat. Fatemur Psalmorum Paraphrasin, Pentateuchi *Ionathanis* vel *Onkeli* Paraphrasibus centenis aliquot annis posteriorem videri: Nihilominus eâ Scriptor ille apud Judæos cum antiquitate tum autoritate pollet, ut nuperis omnibus Rabbinis, qui uni hic obstrepunt, os occludere debeat.

Sed

Sed præter Chaldæum Paraphraſten, multi manuſcripti codices Hebraici optimæ notæ lectionem noſtram evincunt. Biblia Complutenſia *Cardinalis Ximenii* in textu legunt Karu, non abſque proborum manuſcriptorum fide. Collector & digeſtor Maſorarum in Venetis *Bombergi*, Rabbi *Iacob Ben Chajim* legiſſe ſe Karu in manuſcriptis aliquot textibus teſtatur, idem à ſe viſum Rabbi *Iſaack* Colonienſis Profeſſor aſſeverat, Tantundem *Andradius* & *Galatinus* de ſuis oculis profitentur: Quin & Rabbi *Hadarſan*, cujus manuſcriptum habebat *Galatinus*, affirmat in antiquis codicibus ſcriptum Karu, quod ex ſcribis quidam poſtea in Caari tranſmutarunt.

Apud Judæos Maſorethæ ſcriptores ſunt autoritatis permultæ, ſi non maximæ. Illi in Capite vigeſimo quarto *Numerorum* verſu nono Notant, quod *Pſalmo* 22. licet in margine legatur Caari, ipſi tamen viderint in textu ſcriptum in variis exemplaribus Caru. Satis magna eſt hæc copia teſtium qua Chriſtiani abſolvantur, ab omni falſationis ſuſpicione; quâque demonſtretur lectionem noſtram ab ipſorum Judæorum manuſcriptis tàm hodiè quàm olim contextibus manifeſtè derivatam.

Quod ſecundo dicebamus, nihil noſtræ lectioni nocere licet in textu Judæorum Caa-

Si in margine legatur Caru vincuntur Judæi.

ri ponatur, modo in margine ſtet noſtrum Caru. Contendere ſolent Judæi marginale Keri textuali Cetibh ſemper eſſe præferendum, niſi fortè contextus & Analogia loci lectionem utramque admittat, quod loco præ manibus convenit; ſi Chaldæo Paraphraſtæ, *Polano*, *Ariæ Montano*, & aliis adhibeatur fides: nam clavi perforantes manus & pedes crucifixorum, leoninis dentibus & unguibus prædæ membra pertundentibus perſimiles ſunt. Verum eſt Paraphraſin Regiam lectionem tantùm unam, noſtram ſcilicet Caru ferre; *Buxtorfii* tamen Paraphraſis, notæ nil priori pejoris, lectionem utramque conjungit: & hæc Paraphraſtæ conjunctio Keri cum Cetibh, à multis cum laude citatur.

Nulla inter Caru & Caari realis eſt differentia

Sed tertiò concedamus Judæorum perverſiſſimis in textu legendum ſolum Caari, idque ſine omni marginali correctione; cujuſmodi Biblia Judæi quantum in ipſis fuit recentioribus ſæculis mundo conati ſunt ſola obtrudere: certè teſtatur *Druſius*, referente *Amama* in Antibarbaro, Bombergum Judæorum minis deterritum abſtinuiſſe ab exprimendo in margine hic ullum Keri; quod tamen in pleriſque, tam ante quàm poſt impreſſis Bibliis comparet.

Sed eſto demus Judæis veram lectionem eſſe tantùm Caari, abſque ullo Keri, nihil hoc militat contra noſtram vel lectionẽ, vel verſiones:

Nam

Nam Masora magna finalis folio primo asseverat locum hunc, etsi legatur Caari, prout apud *Esaiam* 42. 6. non posse tamen, ut in eo *Isaiæ* loco, exponi [*sicut leo*] Hoc Masoretharum posito fundamento non potest vox ea aliter exponi quam nos vertimus [*foderunt*] Ita ut illud Caari verissime stet pro Caru.

Nulla autem Hebraicæ grammaticæ regula istæ assertioni repugnat. Duæ quidem videntur inter voces differentiæ, sed neutra est realis, prior est quòd una vox desinat in Jod, altera in Vau; sed minime rarum est hoc apud Judæos; numerantur quam plurimæ voces, ubi Jod stat pro Vau. *Quid*, quod in unico versu undecimo quinquagesimi *Jeremiæ* Jod quater pro Vau legitur, nemine contradicente. Imo vero Jod mappikatum in fine, prout hic in Regiis aliisque Bibliis extat, ferè semper pro Vau sumitur, & Vau diminutum dici solet.

Altera inter voces differentia non est major, In Caari est Aleph cum Chateph Patach, quibus Caru caret: sed hæc nullius momenti discrepantia est. Aleph enim hoc cum suo genuino puncto Chateph Patah sit epentheticum & redundans, ut aliâs non raro; Imprimis cum illam literam, matrum lectionis ut vocantur primam, ante inventa puncta pro Cametz antecedenti positam verisimile sit.

Dicimus

Lectio Caari nil nocet fidei de crucifixione Christi.

Dicimus quartò, Si judæorum Modernorum perversitati cedentes priora omnia missa faceremus, & pro ipsorum libitu, tantum legeremus Caari, idque nominaliter interpretaremur [*sicut leo*] (quod facit *Arias Montanus*, doctissimus *Voetius* & alii) nihil hic perderet veritas: aliis ex Veteri Testamento locis crucifixionem Christi satis evidenter demonstrantibus. Spiritus Sanctus apud Euangelistas huic probationi incumbens, hujusce textus non omnino meminit, sed contentus fuit unico *Zechariæ* testimonio [*videbunt quem crucifixerunt*] locus etiam præ manibus rem crucifixionis satis aptè denotat, in illo opere leonis erga manus & pedes Christi. Quid enim leoni cum manibus & pedibus hominis nisi ut unguibus suis & dentibus perforando, & pertundendo dilaceret? Quod eo expressius etiam denotatur, si verbum immediatè præcedens [*hikkephuni*] derives à radice non [*jakaph*] sed [*nakaph*] quod facit doctissimus *Voetius*, *Glassii* sequutus sententiam, quam tamen ipse autor mutavit. Verbum hoc per se solum significat perfodere, & pertundere; sed junctum cum subjecto Leone multo expressius, & plenius ista denotat.

Ad objectiones R. Isaaci responsa.

Contra hanc sententiam militant rationes *Rabbi Isaaci* adversus *Lindanum*, iis tamen *Glassius*, & ex eo doctissimus *Voetius* solide respondent.

respondent. Objiciebat *R. Isaac* non posse Caari accipi nominaliter aut exponi [sicut Leo] tum enim litera Caph esset conjunctio, & sub se haberet Patach ante gutturalem Aleph: hîc tamen habet Cametz, quod Analogia Grammatica non admitteret si Caph esset conjunctio: nam Aleph sequens sub se requirit, & revera hic habet Chateph Patach, adeoque præcedenti Caph debet imprimere non Cametz sed Patach. Recte respondetur regulam priorem exceptiones admittere: Certe notat hic expressè Masora Aleph cum suo Chateph patach habere ante se non Patach, sed Cametz locis duobus, præsenti scilicet & dicto *Isaiæ*. Quicquid autem locum præsentem fiat, de *Isaiæ* illo nullus nunquam dubitavit, & licet praxis in hujusmodi dominetur, etiam ubi nulla ratio imaginabilis est, hîc tamen anomaliæ convenientissima ratio adfertur, subjicitur scilicet literæ Caph non Patach sed Cametz, ut notetur defectus articuli demonstrativi ה quem illud Cametz supplet.

Secunda ratio *Isaaci* non premit, nimirum mancam & hiulcam orationem futuram si nominaliter vox exponatur [sicut Leo] nam ejusmodi ellipsis satis est frequens, ubi ex orationis materiâ & sensu sæpe deficiens aliquod verbum supplendum est; quod tamen hic non est necessarium, nam defectus

omnis

omnis ſuppletur, ſi tantum extendas verbum præcedens, & applices ad ſubſtantivum ſequens, [*Leonem*] cujuſmodi conſtructio in Bibliis eſt multo frequentiſſima.

Tertia ratio *Iſaaci* præcedentibus eſt infirmior, Verbum ait præcedens [*hikkephuni*] eſt numeri pluralis, & vox Caari [ſicut leo] ſingularis, iſta non poſſunt conſtrui abſque Solœciſmo. *Reſp.* Conſtructiones pluralis cum ſingulari ſatis ſunt frequentes apud Hebræos, ſed locus præ manibus à regulâ communi eo facilius eximitur, quòd Subſtantivum cum Verbo non jungatur immediatè, ſed per intervallum, & mediatione Adverbii ſimilitudinis quod ordinariæ convenientiæ regulam in linguâ quâvis merito laxat.

Judæi defenduntur contra Jeſuitas

Judæorum impetui ſufflaminando plura non afferemus, ſuccedant Jeſuitæ, *Bellarminus*, *Gretſerus*, *Gordonus* : quod Judæis intendunt crimen, ſic diluimus.

Primò, vox hæc ferè una & ſola eſt de quâ in toto veteri Teſtamento aliqua fraudis ſuſpicio ullâ cum probabilitate Judæis ſolet affingi. An ob unam vocem corruptionis ſuſpectam à Pontificiis Hebræo Textui authenteia denegabitur ? Quid tum fiet Latinam ipſorum verſionem ? Quot millia vocum in eâ, non jam corruptionis ſuſpecta, ſed manifeſtè comperta, & convicta ſunt ?

Secundò, Sint aliqua & bene multa Judæorum

dæorum exemplaria hîc corrupta, tot tamen ab ipsis Judæis etiam hodiè incorrupta habemus, quæ abundè sufficiant confirmandæ nostræ lectioni. Nullus Protestantium unquam defendit omnia Hebræorum Bibliorum exemplaria, usque adeo ab omni labe pura fuisse, ut nulli voci ullius exemplaris macula ulla irrepserit: sed ad eorum authenteiam probandam satis esse duxerunt, si voces istæ quæ depravationis arguebantur invenirentur in aliquibus exemplaribus sinceræ, & absque omni corruptionis notâ. In quàm multis autem tum Judæorum, tum Christianorum libris, tam manuscriptis quam impressis, habeatur hodie & haberetur olim vox Caru: supra diximus.

Tertiò, Maxima hîc litis pars est de variâ unius vocis lectione, quæ aliter in Textu, aliter in Margine profertur; si varietas lectionis in unâ voce quicquam de Hebræorum Authenteia detrahet, actum est de Latinis; Quot millia diversarum lectionum in Bibliis suis Latinis duo Pontifices intra paucorum Annorum spatium typis ediderunt, etiam post Concilium Tridentinum?

Quartò, Cùm in Complutensibus & aliis, quæ Pontificii mundo tradiderunt, Hebræorum Bibliorum exemplaribus lectio Caru habeatur, quid hîc quæruntur de corruptelâ quæ nusquam apparet.

Quinto,

Quintò, Ostendimus quomodo vox Caari, secundum Hebrææ Linguæ analogiam, rectè stare possit pro Caru, ita ut hâc de re lis omnis facile possit componi.

Sextò, Licet solum Caari idque nominaliter legeretur, & verteretur sicut leo: supra tamen monstravimus quomodo ipsa hæc lectio nihil importet vitii, sed bellè quadret nostro de transfixis Christi manibus ac pedibus sensui.

Septimò, Tantillum Judæi ex hâc corruptelâ lucri captarent, & pusillum adeo damni nostra inde causa adiret, ut ab omni fraude & malitiâ Judæos hîc tandem purget ipse etiam *Bellarminus* post *Genebrardum* & alios multos Pontificiorum.

Deinde, variæ hujus lectionis antiquitas tanta est, ut non nisi temerè Judæis inde crimen falsi, & malitiosæ fraudis possit imputari. Chaldæa Psalmorum Paraphrasis, quæ *Augustino*, imo *Hieronymo* non videtur recentior, disertè exprimit hanc varietatem. Masora à *Buxtorfio* & aliis multis *Talmude* multo antiquior demonstratur, & ad Synedrium in quo sedit *Esdras*, refertur. Verum est non eâdem antiquitatis prærogativâ omnes ejus partes gaudent, quæ tamen sunt novissimæ, antecessisse videntur recentium Rabbinorum improbitatem. Omnia autem ejus membra, Masora quæ vocatur magna, etiam parva, Ma-

sora

sora marginalis, etiam finalis, nostram varietatem indigitant.

Græca, quæ vocatur septuaginta Interpretum Versio, etsi istorum Septuaginta ætatem non ferat, non tamen *Aquilæ*, auctoris alterius Translationis Græcanicæ, ætate fuit minor, & *Aquilâ* Origine fuit antiquior: Is autem aliam à Septuaginta hujus vocis lectictionem usurpavit; nam cum non, ut illi, ὠρύξαν, sed ηχυναν reddiderit, legisse oportuit, non ut illi Caru, sed Cagnaru à cagnar non cara: usque adeo variè tum temporis vox controversa legebatur.

Jam verò iis sæculis Judæi extra omnem suspicionis aleam corruptorum Bibliorum vivebant. Valet enim Patrum argumentum, Si ante Christi & Apostolorum dies tantùm Judæi crimen admisissent, de eo proculdubio Christus & Apostoli Ecclesiã monuissent. Si post Christum prioribus Ecclesiæ sæculis id attentassent, annon de eâ fraude testati fuissent Ecclesiæ Patres? Ii vero tantùm abest ut Judæos falsatorum Bibliorum crimine gravent, ut millies mori paratos asseverent, priusquam unum jota sanctorum Prophetarum apud se depositorum (videntes volentes,) corrumpi permisissent.

Et vero si ullos locos depravandos suscepissent, an non eos ante alios invasissent, quos, ex Veteri Testamento, ad Christianorum fi-

dem

dem confirmandam in novo Fœdere, citari comperissent: ab iis autem omnibus abstinuisse manus videmus, cùm & hodiè ista omnia legamus in novo, ut habentur in veteri, vel apud Hebræos, vel in Græcis septuaginta Interpretum.

Neque verò iis sæculis Judæi si maxime voluissent, videntur valuisse sacrosanctos codices corrumpere: quia tum multa millia Judæorum in Christum credebant, inter quos multa esse oportuit Hebræorum textuum exemplaria, per quæ infideles falsarios facillime convicissent.

Sed fac tacituros hanc fraudem Christianos omnes, Judæi tamen Masorethæ ejusmodi scelus nunquam texissent silentio: quicquid immutatum ante suos dies in minimâ literulâ invenerunt, id omne in suis libris accuratissimè descriptum dederunt: tam mirâ autem curiositate singulos in sacris codicibus apices dinumerarunt, ut omnem post suam ætatem corruptorum fraudem irritam & omnem falsationem vel in unâ literulâ impossibilem præstiterint, si artis Masoreticæ peritis fides adhibeatur.

FINIS.